UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

Liber Primvs. Primus edisserit de iure seu legibus, quæ suprema sunt iustitiæ regula, hoc est, de lege naturali, & humana ab æterna deriuati, per quas homo ad finem naturalem destinatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

Visual Library

# FR. DOMINICI SOTO

## SEGOBIENSIS, THEOLOGI,

### Ordinis Prædicatorum,

CAESAREAE MAIESTATIS à ſacris confeſſionibus, Salmantini profeſſoris.

## Libri Decem de Iuſtitia & iure.

### PROOEMIVM.

*ILLVSRISSIMA Iuſtitiæ virtus, fidei noſtre legitima proles, ſpei robur, charitatis pediſſequa, cæterarumque virtutum clariſſimum iubar: quam cum profana, tum cum primis Diuina oracula ſuper æthera tollunt: vtpote quæ homines, ciuile animal, in vnum congregat, ab iniurijs vindicat, amore conciliat, in pace retinet, virtutibus ornat, ad æternam denique fœlicitatem diuino munere ſubuehit: hæc inquam virtus eſt, quam præſenti Opere elucidare, ac pro noſtri ingenij tenuitate pertractare inſtituimus. At quoniam huius fulgentiſſimi ſyderis munus eſt (vt ipſa nos iura docent) ius ſuum iuxta legũ normas vnicuiq; tribuere, legitimum duxi titulũ Operi, de Iuſtitia & iure, inſcribere. Fert nãq; animus auguſtam virtutis huius dignitatem amplificare, & elemẽta conſtabilire, eiuſque leges, membra, ſpecies, & quotquot illi aduerſatur iniquitates, fraudes, & violentias, pro eis quæ mihi diuinitus vires ſuppetunt, quæ latiſſimè patent, perluſtrare, ac ſuis cuiuſque numeris depingere. Nam etſi haud me lateat, quanta cum dignitate & copia Theologorum Iuriſque prudentium plurimi argumentum hoc locupletauerint, peperit tamen humana libido per temporum iniquitatem, parturitque in dies nouas fraudulentiæ formas: quibus contra ius & fas ſuam quiſque expleat inſatiabilem auaritiam. Quapropter nihil aliud quam operæ pretium arbitrandum eſt, ſi iniqua pacta: & conuenta, & cambia, tãq; adeò multa vſuræ, ſimoniæque recentia genera, in animum nobis induxerint noua de re veteri volumina edere. Præterquam quòd quando plura à præceſſoribus in re qua que inuenta ſunt, tanto poſteris, ſi vllo valent ingenio, vberiorẽ ſyluã ſubminiſtrãt excogitãdi noua. Accedit quòd nemo tam fœliciter ſcholaſticam rem, quę implexa per ſe eſt, tractauit, quin poſſit vigilantiori diligentia (nõ de mea loquor) firmius ex actiusq. conſtabiliri, ordinatius diſponi, atq; emunctius perpoliri. Hac igitur de cauſa, cũ me, qui poſt multos annos in hiſce ſcholarũ cathedris inſumptos, alijs publicis negotijs diſtraſtus, vale huic prouincię renũciaueram, ab illiſque poſt negotijs extricatus, ſacris me literis addixeram, iam nunc ſcholarium vota, nihil minus cogitantem, ad eandem prouinciam repetiuerint, meque Patres Conſcripti omnino renitentem accerſiuerint, meiq; maiores inuitum coegerint ac deinde publico ſuffragio hæc mihi prælectio de Iuſtitia obtigerit, poſtulare ex me inſtantiſſimè cœperũt, vt quæ in ſcholis dictaſſem, prælo cõmitterẽ, quò & præſentes ſcribẽdi labore leuarem-*

Iuſtitiæ Encomium.

Auctoris inſtitutum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rentur, & abſentes ſudore fruerentur noſtro, annui lubentiſſimè: nam iam diu hũc ipſe parturiebam partum: tanta erat eorum improbitas qui me diuerſis ſcrupulis ac nouorum in dies contractuum conſultationibus freqnentabãt. Neq; vero eſt, quod Theologis vitio detur, hanc ſibi aſſumere prouintiam quę Iuriſperitis accommodatior videri poteſt, quandoquidem Canonica iura ex viſceribus Theologiæ prodiere: Ciuilia verò ex media morum Philoſophia. Theologi ergo eſt iuris Canonici decreta ad normam Euãgelicam exigere. Philoſophiq; Ciuilia ex principijs philoſophię examinare.

Cicero.

Vnde Cice. de leg. lib. 1. non à prætoris edicto neque à xij. tabulis, ſed penitus ex intima Philoſophia hauriendam cenſet iuris diſciplinam. Immo verò litigioſa, inquit, legum ratio ignorantia potius eſt, quam ſcientia. Et Iuriſc. ff. de Iuſt. & iur. l. Veram, inquid, Philoſophiam, non ſimulatam affectamus. At quamuis inſtitutum profitendi meum in ſcholis ſit, Sententiarum Magiſtrũ, Diuũq; Tho. Commentarijs illuſtrare conſultius tamen duxi rationem paulum mutare ſcribendi non quòd diuerſam ab hoc inter Diuos, diuino auctore doctrinam moliar: ſanè quem tũ de cunctis alijs: tum præſertim de hiſce moralibus diſciplinis meritiſſimo tanquam emicantiſſimum ſydus Scholæ vniuerſim adorant: ſed quod cum eius aliorumque documentis imbutus multa fuerim alia commentatus, congruentius exiſtimauerim

Partitio operis.

nouum conſtare opus, in quo diſpoſitius cuncta componerem quam ſi eius textui mea ſeorſum circumſcriberem. Diſtribuimus autem opus in libros decem: quorum duo primi ſunt de Iure, hoc eſt, de legibus, quæ ſuprema ſunt Iuſtitiæ regula. Tertius de iure, quatenus obiectum eſt Iuſtitiæ. dequæ virtutis huius ſubſtantia & ſibi annexis vſque ad Iuſtitiam diſtributiuam. Quartus de præambulis ad commutatiuam, nempe de dominio ac de reſtitutione. Quintus, de iuſtitia quæ ex iniurioſa actione naſcitur: nempe de homicidio & reliquis. Sextus, de vſura, contractibus, et cambijs. Septimus, de voto. Ac denique octauus de iuramento & ad iuratione. Nonus, de decimis ac de ſimonia. Decimus denique de ſtatu deque reſidentia Prælatorum: vt opus de iuſtitia, quæ decem præcipuè Decalogi mandatis comprehenditur, librorum etiam Decade abſoluatur. Libros autem ſingulos per ſuas queſtiones atque articulos ſcholaſtico ſtylo diſtinctos curabimus Vt quam poſſimus rariſſimè, & præter rerum amplificationem, minimè ab ordine S. Toh. diſcedamus Cuncta tamen aſſerta noſtrã cenſuram ſubeant ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, ac ſubinde ſyncerè iudicantium limam Deus ergo maximus conatibus aſpiret noſtris ad ſuam ipſius gloriam.

Titulus operis.

Nomen Ius bifariã vſurpatur. Iſido. libro 5. c. 3.

Primus liber de legib.

De iuſtitia ergo & Iure ſermonem, fauente Déo, ineuntibus nobis a Iure inchoãdũ eſt Bifariam namque vſurpatur nomen hoc: vno ſcilicet modo, pro eo, quod eſt lex: quem modum Iſidorus lib. 5. Etym. inter decreta diſt. 1. relatus ait, Ius generale eſſe nomen: legem autem iuris ſpetiem: altero autem modo accipitur vt obiectũ eſt iuſtitiæ: nempe pro æquitate, quam iuſtitia in rebus conſtituit. Et alterutro accipias modo ad notitiam iuſtitiæ eius notio prærequiritur. At quia virtus quæq; ad ſuas regulas exigienda eſt, condecet eas primum omnium præ foribus affigere atq; adeò duobus primis libris de legib. ante omnia dicere. In priori ſcilicet de lege æterna naturali & humana, & in poſteriori de Diuina. Liber autem primus ſeptem habet queſtionibus abſoluetur. Et quoniam (vt ſæpè in Officijs citatus Cic. auctor eſt) à rei ſubſtantia, quæ definitione deprehenditur, omnis eſt auſpicanda ordinata inſtitutio: prima quæ mouetur quæſtio eſt de lege in communi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# QVÆSTIO PRIMA.

## DE LEGE IN COMMVNI.

S. Thom. 1. 2. quæſt. 90.

## *ARTICVLVS PRIMVS.*

*Vtrum aliqua definitionum legis, quæ à Doctoribus conſtituuntur, legitima ſit.*

Variæ d̄finitio neslegis D. Tho. Cicero.

CV M multæ variæque
definitiones tã apud
Oratores, quã apud
Theologos ac Iure
conſultos reperiãtur
nullã, tamen aut vix,
vllam cõperio, quæ
legi quatenus in vni
uerſale genus eſt, congruat, præter illam
quam D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. colligit ſi
paululo cõponatur limatius. Nam illa Ci-
ceronis li. 2. de leg. Lex eſt æternum quod
dam, quod vniuerſum mundum regit, im-
perandi prohibendique ſapientia, ſempi-
terna Dei legi peculiaris eſt. illa verò quã
propoſuerat li. 1. Lex eſt ratio ſumma, in-
ſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda
ſunt, prohibetque contraria: extra leges na
turales non extenditur: ſed illa. ff. de leg. &
ſena. conſul l. 1. Lex, eſt commune præce-
ptum, virorum prudentium conſultũ. &c.
legi tantum adſcribitur humanæ Sicuti &
illa Ariſt. in Rhetoricis ad Alexandrum,
cap. de gen. de libr. Lex eſt communis ciui
tatis conſenſus qui ſcriptis præceperit quo
modo vnum quodque agendum ſit. Quò
alludit illa Iſidori libr. 5. Lex, eſt conſtitu-
tio ſcripta. Igitur ſi vaſtam eius amplitudi
nem quàm latè patet ſpectes, Lex eſt nihil
aliud quàm quædam rationis ordinatio
& præceptio in communem bonum, ab
eo qui curam reipublicæ gerit, promulga-
ta. In hac enim oratione & genus legis ex-
primitur, & finis, & cauſſa, & poſitionis for
ma. At verò eiuſdem definitionis explica-
tionem de ſingulis quatuor particularum,
quibus conſtruitur, ex ordine diſputare o-
pus eſt. Quatuor ergo articulos quæſtio hęc
deſiderat. Horum primus erit de genere
definitionis. quo ſcilicet examinandum

Ariſtot. Iſidorus Legis d̄finitio.

Primus q̃onis articulus.

eſt, vtra in potentia exiſtat lex: nempe vtrũ
intellectus ſit, an voluntatis actus. Aſſerere
enim viſi ſumus eſſe opus intellectus, vbi
diximus quod ſit rationis ordinatio ac prę
ceptio. Sunt autem in contrarium argumẽ
ta nonnulla. Primum: Cùm in intellectu
non ſit niſi habitus & actus, non apparet
vternam iſtorum ſit lex Secundo: Legis eſt
mouere ſubditos. nam Rex per leges mo-
uet: voluntatis autem eſt mouere quoniã
animal nõ mouetur, niſi ab appetibili ſub
aliqua ratione boni, vt 3. de animal tex. 49.
auctor eſt Ari. bonũ verò obiectum eſt vo-
luntatis, Accedit huc tertio loco & auctori
tas quorundam recentium auctorum non
infimæ notæ: ſic definientiũ legis ſubſtan-
tiam: Lex eſt recta voluntas eius, qui vicẽ
populi gerit. &c. Quibus nimirũ adſtipula-
ri ſibi videtur, tum Aug. lib. 4. ciuit dicens,
antiquitus arbitria Principum, pro legibus
fuiſſe: & Iuriſcõſultus ff. de conſtitu. Prin.
l. 1. quæ & refertur. Inſtit. de iure natur. &
gen. vbi ait, quod Principi placuit legis ha
bet vigorem. Quartò, & reclamare Pau. vi
detur Rom. 3. vbi inquit. Video aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi
mẽtis meæ: etenim quę in membris eſt lex
non modò in intellectu non extat, verùm
& ratione caret. In contrarium tamen pu
gnat legis virtus eſt præcipere, vt ait l. legis
virtus. ff. de legibus hoc namque pruden-
tiæ munus eſt, ac ſubinde intellectus.

Argu. 1. Arg. 2.

Ariſtot.

Tertiũ argũ. Auguſt.

Ad quęſtionem iſtam duabus concluſio
nibus reſpondetur. Prior eſt, lex in intelle-
ctu tanquam proprium eius opus inſidet.
Hic autem de nomine ſtatim adnotandũ
eſt, quòd nomẽ legis ob rei varias virtutes
& qualitates ab alijs aliter atque aliter de-
ducitur. Iſidorus enim lib. 5. Etym. cap. 3. à
legendo illud trahit, eo q̇ ſcripto profer-

Nomen lex, varie à ſcriptorib. d̄ ducit.

Iſidor.

tur, vt legatur ab omnibus. At verò cum hoc illi accidentarium ſit, congruentius D.Thom. & Theologorum ſchola à ligando dici autumant: vtpote quæ vi polleat obligandi. Quamuis Cicer. 1. de leg. à legendo ſentit deriuari: pro eo quod eſt, eligere,' Ait quippe quod etſi Græci legem à tribuendo appellent (nam quod nos legem, ipſi νομον appellant à νέμειν, quod eſt tribuere: ideo quod vnicuique quod ſuum eſt tribuat) ego tamen inquit, à legendo, ideſt, de ligendo eam nomino. Et ſubdit: Nam vt illi æquitatis, ſic non nos, hoc eſt Latini, delectus vim in lege ponimus & proprium tamen vtrumque legis eſt. Hæc ille. Igitur cum iſtæ omnes virtutes legi competant, parum refert à qua illarum nomen deducas: Attamen etſi Theologorum Etymologiam minimè repudiẽ, perplacet tamen Ciceronis ſententia, vt lex idem ſit quod legendi, hoc eſt, eligendi regula: Nam regula dirigendo docet eligere. Vndecunque autem nomen trahatur, patentiſſimum eſt, rem eſſe intellectus. Id quod ex vtraque eius virtute commonſtratur. Habet enim & quod ſit regula, & quòd ſit obligatoria præceptio. Quapropter cum S. Thom. tantum vnum in eius definitione ponat, nos tamen ambo loco generis compoſuimus, videlicet ordinatio & præceptio. Haud enim ſimpliciter ordinat aut dirigit, veluti qui tantum viã monſtrat, ſed ordinando pręcipit, præcipiendoque ordinat. Ex priori ergo membro arguitur. Lex eſt ęquitatis iniquitatiſque regula, agendique menſura, ſic enim ferme habetur l. nam ff. de leg. vbi lex dicitur iuſtorum regula & iniuſtorum regula autem menſuraque noſtrarum actionũ eſt ratio: nam regula actionum eſt quæ in finem dirigit, quod ſolius eſt oculatæ rationis munus, ad quem finem voluntatem quę cæca potentia eſt, ducit, ergo rationis functio eſt legem ponere. Adde quod ſicut in naturalibus id quod eſt primum, eſt cæterorum menſura, vt vnitas in numeris, & motus primi mobilis reſpectu motuum inferiorum ſic quia finis (vt Philoſophus 2. Phy. docet) principium eſt humanarum actionũ, fit vt rationis actio ordinantis media in finem, ſit menſura, atque adeò lex. Ex poſteriori autem membro arguitur ſecundò ſic. Legis munus eſt pręcipere & prohibere habetur l. legis virtus. ff. de leg. & ſenat. conſul. & forma ipſa legis præſefert. Vnum cole Deum. Ne iures vana per eum. quin adeò hoc receptiſſimum eſt, atque omnibus in confeſſo, vt hac ratione leges, pręcepta atque mandata nuncupemus, imperare autem eſt rationis, ergo lex à ratione elicitur, atque adeò in intellectu conſiſtit. Minorem huius ſyllogiſmi, ſcilicet præcipere eſſe intellectus actum per prudentiam, edocet S. Thom. 1. 2. q. 17. articul. 1. & q. 57. artic. 6. At parum conſiderantium eſt hanc opin. impugnare tanquam S. Thomæ, quippe qui non videant non eſſe eius inuentum, ſed pleniſſimam atque conſtantiſſimam ſententiam Ariſtot. 6. Ethico. cap. 10. diſtinguit enim tres virtutes intellectus practici, ſcilicet eubuliam, quæ eſt virtus benè conſultandi. hoc eſt indagandi media ad finem accommoda: nam de fine nulla conſultatio eſt, eò quòd omnes ſuapte natura fælicitatem ſuam expetunt, & ſineſym quam Latini vocant ſagacitatem, quę eſt virtus rectè iudicandi. Sunt enim qui ingenio acuti ſunt ad diſquirendum media, non tamẽ ita iudicio valent, vt illis inuentis rectè de optimo ſentiant. At præter hos requiritur poſtremus prudentię actus qui eſt imperiũ in quo differt ratio practica ab ſpeculatiua. Illa enim quia non ordinatur ad opus præciſè habet duos actus, qui ſunt diſcurrere & iudicare, practica verò inſuper opus habet imperio, ad quod præcedẽtes duo actus ordinantur. Et ideo Ariſtot. ait inter omnes hunc eſſe ſummum ac perfectiſſimum, à quo potiſſimum prudentię nominatur virtus. Neque verò ſolius eſt. Ariſto. ſententia, immo Philoſophorum omniũ quoquot eum vel præceſſerunt, uel ſubſecuti ſunt. Quin verò rerum ipſa natura & mos humanus hanc nos plane veritatem edocet. Clarum enim eſt imperare, eſſe loqui videlicet, fac, ne facias, loqui autem, intellectus negotium eſt, quippe cuius conceptus uoce & ſcripto ſignificantur, ergo ad ipſum pertinet præcipere. Etenim cum uel Deus angelis uel alius eorum, inter ſe alijs quidquam pręcipit, profecto non uoluntatis, ſed intellectus loquela id efficit. Pari ergo lege ſi in potentijs noſtris intimis præceptum eſt, quod negari non poteſt, ad intellectum pertinet, non utique ad uoluntatem. Et cõfirmatur hęc ratio. Cum quis mente orat Deum, Fiat uoluntas tua? Panem

D.Tho.

Cicero.

Magis pbatur legis etymologia tradita à Cicero.

Primũ argum. pro concluſione Confirmatio.

S. Tho.

Ariſtot.

Pręcipere, eſt act⁹ ĩtellectus. Suadet hoc ipſum facili ratione.

Tertiũ argum. principale.

pānē noſtrum quotidianum da nobis hodie: planum eſt non voluntate ſed intellectus loqui: ergo ſi aliqua potentia alijs imperat, illa ſanè intellectus eſt, per ſimilia verba. Tertiò ex humano vſu arguitur, legem, non volūtatis, ſed intellectus eſſe proprium opus. Volitio & nolitio, qui tantum actus in voluntate ſunt, nullum ſecum afferunt imperium. Enimuerò licet ego certo ſciam prælatum meum optatiſſimè velle, vt ego prædicem, aut quidpiam aliud faciam: parere tamen non teneor quouſq; id mihi loquens præcipiat: locutiones autem ſigna ſunt conceptuum. Atque hinc ſumitur ab interna noſtra opera analogia.

Quarto ratio.

Quamuis enim quis poſt rationis iudiciū eligat bonum opus: nihilominus experimur poſt talem electionem eſſe homines vecordes & ſegnes ad idem ineundum opus. Multi enim mente elegerunt vitam perſanctè inſtituere, qui tamē ſegnitia imperantis prudentiæ tardiſſime id aggrediūtur. Præterea arguitur. Tenentur homines conformare ſe & obedientes eſſe ſempiternæ legi Dei, vt in 1. ſentent diſt. 45. latè diſputatur. non tamen tenemur conformari eius voluntati beneplaciti: nam etſi ego ſciam Deum velle mortē patris mei, licet mihi, quinetiam honeſtum eſt, de illa contriſtari. Et vice verſa, Præcepit Abrahæ filium immolare, cui legi Patriarcha ille obtemperare aſtrictus erat: & tamen Deus nō habebat voluntatem beneplaciti vt id exequeretur: ergo lex Dei non in eius voluntate ſed in intellectu eſt præcipientis aut prohibentis.

Detegitur error contrariæ opinionis.

Per hæc & commentum contrariæ opinionis retunditur, quo aiunt voluntatem non eſſe ancillam intellectus, ſed reginam: intellectū vero ſeruum. Lōgè quippe ſecus ſe res habet.

Prima ratio.

Nam regere eſt functio illuminantis ac dirigentis: lumen autem non in voluntate, quæ cœca eſt potentia ſed in intellectu exiſtit. Siquidem non voluntatis lumen ſed intellectus dicitur. De quo nimirum. David Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: vnde Ariſt. 1 Poli c. 3. expreſsè ait mentē imperare appetitui: quo etiam nomine volūtatem complectitur: licet non imperio dominico, vt anima corpori, ſed politico, vt Rex ciuibus imperat. Vnde ſapienter 3. de leg. Plato: Non, inquit, precandum conandumque, vt voluntatem noſtram cuncta ſequantur, ſed vt prudentiam noſtram, voluntas. Ad hæc: Rex à regendo dicitur, qui eſt actus prudentię, cuius ideo virtutis functio eſt leges ſancire, hoc enim eſt potiſſimum eius munus, qui ad regni gubernaculum ſedet.

Pſal. 4.

Ariſtot.

Plato.

Secūda ratio.

Quocirca Cic. li. 1. de leg. poſt illam legis definitionem ſupra citatam, ſcilicet, Lex eſt ratio inſita in natura: ſubdit. Itaque arbitrantur prudētiam eſſe legem, cuius ea vis ſit vt rectè facere iubeat, vetet delinquere. Et Ariſt 10. Ethic. cap. 9. Lex, inquit, vim habet cogentem: quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia atque mente profectus. Ecquis ergo nunquam ambigere quiuerit, legem eſſe prudentiæ, ac ſubinde intellectus opus, quod vniuerſi dictamen practicum appellant? Atque hic eſt legitimus ſenſus illius, Prouer. 8 Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Nam in hoc quod ait, regnant, poteſtas regum deſignatur: quoniam omnis à Domino Deo eſt, vt ad Roma. 13. refert Apoſ. In hoc autem quod ſubdit, & legum &c. intelligitur eiuſdē poteſtatis vſus. Vnde, Per me, inquit, id eſt, per prudentiæ virtutem, quæ de meo fonte dimanat, Reges & leges condunt rectas, & ritem illis vtuntur.

Cicero.

Ariſtot.

Reges regnāt.

Prou. 8.

Secūda conclu.

Secunda concluſio: Lex eſt vniuerſalis propoſito ac dictamen rationis practicæ, quæ per modum habitus ineſt. Concluſio hæc aſſertio eſt S. Tho. 1. 2. qu. 90. Hanc vero ſic expoſitam accipito. In intellectu ſunt & ſimplices apprehenſiuę propoſitiones atque aliæ iudicatiuæ: lex autem non eſt tantum apprehenſio verum præceptio, quæ iudicium ſequitur, non qualecunque, ſed quod de omnibus fertur: Illud quippe iudicium appellant practicum.

Prius enim per primam prudentiæ virtutem, ſcilicet ebuliam, cōquiruntur illa quæ expediunt, mox per ſyneſim, quæ ſecunda virtus eſt, iudicio probantur: tertio voluntate eliguntur, ac ſubinde ſequitur imperium prudentiæ: quod non eſt propoſitio indicatiui modi, ſed certè imperatiui: faciēdum eſt, aut vitandum. Hæc enim verba ſi vim numinis habeant, puta dignum eſt vt fiat, factuue indignum, ſpeculatiuæ propoſitiones ſunt, & nondum vim legis obtinent. Dum vero vim habent participij futuri, tunc cenſentur dictamina practica. Et ſi ſit in principe promulgenturque populo, tunc leges exiſtunt. Requiritur tamen præterea vt per modū habitus inſint, hoc eſt fixæ ſint & perpetuo permanētes. Nam

temporales preceptiones quæ per modum actus tranſeunt, quia vniuerſales non ſunt, ſed ſingulari perſonæ, loco, & tempori accommodatæ, facias, non habent pro legib. ſed legum ſunt applicationes, vt articulo proximo videbitur.

Soluuntur argumenta.

Per hanc ergo concluſionem ad primũ argumentum ante q. reſpondetur, quippe qua aſſertum eſt legem eſſe propoſitionẽ per modum habitus inhærentem, nam etſi lex actu feratur, manet tamẽ habitu impreſſa ſcriptaq; in mente. Atq; hinc proditur quorundam Neotericorum fallacia contẽdentium contra S. Th. nullo opus eſſe intellectus præcepto ad operandum, neque attendentium non D. Th. ſed Ariſt. ſe apertè contradicere. Arguitur.n. quidam in ſuis Moral. c. 2. de pruden. hoc pacto, Si præceptum, propoſitio intellectus eſt, tunc aut apprehenſiua aut iudicatiua. Apprehenſiua quidem non ſufficit ad opus, ſi verò ſit iudicatiua, ipſa per ſe ſufficiat abſque alio imperio: nam cum primũ quis iudicat bonũ eſſe hoc, aut illud facere, ſtatim eligere poteſt in qua electione iam eſt meritum, atq; adeo ſtatim poteſt operari abſq; alia imperandi vi. Quapropter vel ipſa volũtatis electio imperiũ eſt, vel nullum eſt aliud. Et addit neſcio vnde motus, hãc eſſe cõmunem opin. cuius tñ auctores vllo pretio æſtimandos non memini me vidiſſe. Bino nãq; peccato oſtendi ſe Ariſtotelẽ de hac re nõ conſuluiſſe. Primũ.n. negamus imperium propoſitionem eſſe aut ſimpliciter apprehenſiuã aut iudicatiuam. Iſtę namq; propoſitionis indicatiui modi differẽtię ſunt. imperatoria verò non indicatiua eſt, ſed iudicium prærequirens. Atq; inde detegitur altera horum fallacia. Imperium.n. (vt Ariſ. plane docet) non eſt iudicium illud quod electioni antecedit, ſed iuſſio quæ electionem ſubſequitur. Concedimus ergo iudicium, quod eſt ſyneſis actus, ſufficere ad electionem in qua quidpiam ineſſe poteſt meriti: electio tñ non ſatis eſt ad vſum & opus, niſi ipſam ſubſequatur imperium. Sed tñ exurgit ex hoc argm̃ tertiũ eiuſdẽ auctoris, ſi electionẽ conſequitur intellectuale imperiũ, aut ſubſequitur ex neceſſitate, aut liberè. Nõ ex neceſſitate, nã tunc nulla opus eſſe virtute prudentię ad imperandum, quod eſt cõtra Ariſtotelẽ & veritatẽ. Si aũt ſequitur liberè, tũc conſequi videtur ſolã electionẽ voluntatis nõ ſufficere, vt moueat intellectũ, ſed requi-

Neotericorũ fallacia.

Soluit primũ motiuũ Neotericorũ.

Aliud argumẽtum eiuſdem auctoris.

ri præterea alium actũ, quem tñ neq; Ariſ. neq; S. Th. neq; vllus philoſophorũ vnquã poſuit. Imò oẽs fatentur quod electionem ſubſequatur imperiũ. Hoc arg. plus iuſto nos contorſit 1. 2. q. 17. ar. 3. Diuere tñ illud iã mihi facile videtur, reſpondens quod imperiũ neq; ſequitur neceſſario ex electione, neq; tñ aliũ prærequirit in uoluntate actũ præter eandẽ electionẽ. Sed eſt notandũ quod cũ vt aliqua potẽtia ab altera moueatur, opus ſit, vt vtraq; ſit bene diſpoſita, conſequens ſit, vt niſi electio ſit ſatis radicata, atq; intellectus per prudentiã bene paratus, non ſequatur ex electione imperiũ. Igitur vbi electio ſolida ac valida fuerit, & intellectus per prudẽtiã ſatis obſequẽs, ſequitur protinus ad electionẽ imperiũ, aliàs vel moroſè vel nũquã. Ad tertiũ arg. cõceſſo regis eſſe mouere, cõceditur quoq; voluntatẽ eſſe motricẽ tam intellectus quam reliquarũ potentiarũ. Haud tñ inde colligitur, aut ipſam eſſe reginã, aut intellectũ ſeruũ. Volũtas etenim nõ mouet tanquã dirigẽs & cognoſcens, quod requiſitũ eſt vt eſſet regina. Hoc ſiquidem nomen ipſũ, regina, aurib. exhibet, ſed mouet impellẽdo admouẽdoq; potẽtias ad ſua officia. Quã quidẽ ob cãm actiones humanæ, volũtariæ dñr hoc eſt à voluntate promanãtes. Exẽpli gratia. Præfixa intẽtione finis, vt puta volo ditari, voluntas applicat intellectũ in inueſtigãdis medijs. Poſtquã aũt hęc iudicat, illa porrò eligit, ac ſubinde per electionẽ cõmouet eũ rurſus ad imperandũ in quo rõ regendi conſiſtit. Quo planè alludit verbũ legis ſecundæ, ff. de l. quã legẽ Martiam nõ erubuit à Chryſippo Stoico mutuari, vbi ait, quod lex eſt omniũ diuinarũ ac humanarũ rerũ regina. Exiſtimo ergo ſatis illis factũ, qui aiunt legẽ eſſe volũtatẽ eius qui vicẽ populi gerit, nã, vt ſupra oſtẽdimus, nulla Principis volũtas obligat niſi edicto pcepta ſit. Et hũc in modũ intelligẽdũ eſt verbũ legis ſupra citatæ de cõſti. prin. Quod principi placuit, legis habet vigorẽ. Inſinuatur.n. hoc dũtaxat quod nulla exiſtit in intellectu lex, niſi in volũtate præcedat electio, at tñ neq; volũtas eſt lex, ſed ſi id quod principi placet, mẽte prius: deinde voce pcipiat, illud eſt lex. Eſt ergo ſẽſus hic. Quod principi placuit edicere, legis hẽt vigorem quo pacto eadẽ lex ſeipſam ſtatim ſub his verbis exponit. Quodcũq; igitur Imperator per epiſtolã vel ſubſcriptionẽ ſtatuit, vel cognoſcẽs decreuit, vel de plano interloqu-

Diluit præterita ratio.

Solutio tertij argumẽti pricipalis.

Soluitur poſtrema obiectio cũ cõfirmationib.

tus eſt,vel edicto præcepit, legem eſſe con-
Cicero. ſtat. Quare neque erat cur Cic.ex lib. 1. de
leg.accerſeretur ad probãdũ legem eſſe in
voluntate, propterea quod ſecũdũ ipſũ di
catur ab eligendo. Haud enim cẽſet electio
nẽ eſſe legẽ,ſed ꝙ lex electionẽ Principis ſe
quitur,& eligere docet ſubditos inter ęqua
& iniqua:vnde ſtatim ſubdit,ꝙ lex eſt mẽs
ratioq; prudẽtis, iuriſq; atq; iniuriæ regu-
Explica tur locus Pauli. le. Quartũ aũt arg.alterius eſt negotij.Vo
cat enim Paul.mẽbrorũ legẽ alio longe ſi-
gnificatu. Diſtinguit inquã leges quatuor:
ſcilicet legẽ peccati repugnantẽ legi Dei,
& legẽ mẽbrorũ legi mẽtis aduerſantem.
Et quãuis quibuſdã videri eadẽ poſſit lex
peccati & mẽbrorum, ſicuti & inter ſe lex
Vide auctorẽ ſuper 7. c. Epiſ. ad Roma. in illa verba. Video aliam legẽ &c. Dei,& lex mẽtis,nonnihil tamẽ nobis viſũ
eſt in Cõmentarijs differre. Lex enim mẽ-
tis eſt effectus legis Dei, eiusque impreſſio
in mente noſtra,ſicuti veſtigiũ in puluere,
eſt effectus pedis. Lex autem membrorum
eſt naturalis inclinatio ſenſualitatis in ſua
obiecta,ſecundũ totũ naturę pondus & im
petum, qui effectus eſt amiſſionis iuſtitiæ
originis,quia eadẽ ſenſualitas in rõnis obe
dientia infrẹnata retinebatur. Lex autẽ pec
cati,vel eſt effectus eiuſdem inclinationis,
puta facere contra Dei voluntatẽ vel fuit
prima parẽtũ prẹuaricatio,per quã diſſolu
ta sũt mẽbra,ex qua diſſolutione ꝓcedunt
peccata. Lex ergo mẽbrorũ nõ eſt vera lex:
Obiectio. quia nõ inclinat ad bonũ,ſed dr̃ lex per me
taphorã: quia eſt natura iuſtitia originali
Solutio. deſtituta,ac ſubinde obliqua regula à recta
nos via deflectens. Sed arguis. Si eſt regula
quõ eſt extra intellectũ? Rñdetur legẽ per
ſe i. tanq̃ in regulãte & mẽſurãte exiſtere
in intellectu,diciẽ nihilominus eſſe per par
ticipationẽ in potẽtijs & mẽbris q̃ mouet,
tãquã in regulato. Sicuti Sol dicitur eſſe in
aula propter eius effectum:& ars in ſtatua.
Pari ergo modo lex peccati eſt in mẽbris.

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm lex ſemper ad bonum commune ordinem habeat.*

CONſequitur art.ſecundus quo ſecũda
definitionis particula exponẽda ve
Argu. 1. Iſidor. nit,q̃legis finẽ deſignabat. Sunt.n.argumẽ
ta ꝙ legẽ nõ ſit neceſſariũ in bonũ cõe or-
dinari. Primũ, vt ait Iſid.lib.4. Etym. Si rõ-
ne lex cõſtat, lex erit omne ꝙ rõne conſti-
terit:rõne aũt cõſtat,nõ ſolùm ꝙ in bonũ
cõe dirigitur,ſed & quod in particulare re-
fertur:nihil ergo derogat rõni legis ſi non
in cõe bonũ ordinetur. Secundò. Præcepta
(quemadmodũ ſup.dictum eſt)vim habẽt Argu 2.
legis,vtpote cuius virtus eſt pręcipere & ꝓ
hibere: pcepta aũt dantur ẽt de ſingularibus
actionibus, in q̃bus mores nr̃i conſtituũtr:
ergo ſatis eſt leges in particulare bonũ or-
dinari. In contrariũ aũt eſt idem Iſid.eo. 5.
lib.vbi ait ꝙ lex eſt nullo priuato commo-
do,ſed pro cõi vtilitate ciuium conſcripta.
Ad quæſt.vna concluſione rñdetur: Lex Conclõ reſponſiua.
omnis, quò ſolida ſit & firma, in cõe bonũ
debet ſubditos ꝓmouere. Cõcluſio hæc du
plici rõne aſſirmatur, ſm̃ qd̃ cõe bonũ aut
ꝓ naturali fælicitate vſurpaẽ,quã hoc ſecu
lo adipiſcimur,q̃ eſt quietus tranquilluſq;
& pacificus reipublicę ſtatus:aut pro illa ſu
pernaturali, q̃ in altero ſeculo veluti ſupre
mus finis nr̃ nos manet, in quẽ & ſeculare
omne bonũ ſuapte natura refertur. Enim
verò ſi rõnẽ primam cõis boni ſpectes,hoc Argu. 1.
modo demõſtraẽ cõcluſio. Pars oĩs ad ſuũ
totũ nãli ordine dirigiẽ ſicuti imperfectũ
ad pfectũ: quicũq; aũt ciuium partes ſunt
ciuitatis,lex ergo illis pſcripta in bonũ cõe
totius ciuitatis dẽt eos inſtituere veluti par
tes vnius corporis q̃ ad ſeruitiũ totius ordi
nẽ habent. Cõcinit huic rõni Ariſt. Ethi. 8 Ariſtot.
vbi ait: Iuſta legalia,hoc eſt ciuiles leges,fa
ctiua eſſe cõſeruatiuaq; fœlicitatis particu-
larumq; eius. Et Plato dialogo. 1.de legib.
vbi ait: Legũ latorẽ pacis publicę gratia de Plato.
bere oẽs leges cõdere. Qua pp Lacedemo-
niorũ morẽ refellit, leges q̃ oẽs in eum ſco
pũ dirigebãt,vt bella ſtrenuiſſimè gererẽt.
illis.n.prudentius Ariſt. Ethi. 10. Bellum in
quit,gerimus vt in pace degamus. Et Cic. Ariſtot. Cicero.
li. 2. de legi. Cõſtat inquit, ꝓfectò ad ſalutẽ
ciuiũ ciuitatumq; incolumitatẽ,vitamque
oĩum quietã & beatã, cõditas eſſe leges. Si
verò sũmã beatitudinẽ,quę Deus eſt,altius Secũda ratio.
ſpeculemur,ſcd̃am poſſumus eãdẽq; opti-
mã rõnem ſubnectere. Lex.n.(vt nuper di
cebamus)regula prima eſt nr̃arũ actionũ:
regulæ verò munus,ac potiſſimũ primę eſt
in ſupremũ finẽ & ſcopũ regulata dirige-
re:reliquũ ergo fit, vt in cõe bonum & le-
giſlatoris propoſitum, & lex ipſa debeat in
tendi. Sumitur & tertia rõ ex alia condõne Tertia ratio.
legis. Ait.n. Philo. 5. Ethic. legem oẽm vni Philoſophi.
uerſalẽ eſſe,hoc eſt in vniuerſum omnibus
hoĩbus poſitam, ac de oĩ virtute. Idẽq; ab Ariſtot.
illa citata lege docemur: Lex eſt cõmune

preceptum ff. de legi. & l. iura. eo. Iura non in ſingulas perſonas ſed gñaliter conſtituũtur. Inde ergo fit cõſequens vt in ſupremũ finem qui oĩbus communis eſt ſit dirigenda, & non ad particulares accõmodanda. Bene igitur ait eo. li. c. 1. Ariſ. Ipſæ leges de omnibus dictãt coniectãtes, aut cõem omniũ vtilitatẽ, aut optimorũ, aut Principum. Vbi tres inſinuat reſpub. ſ. democratiam, & regnũ. Quo ſit vt legalis iuſtitia, vniuerſas complectatur virtutes. Adde ſi Iubet & rõnum ſupremã.

Poſtremaratio

Fons & origo legũ omniũ æterna lex & diuinæ mẽtis. Deus aũt cuncta in ſeipsũ ordinauit ac retulit leges ergo vniuerſæ ſic lege illa regulandæ ſunt, vt in eundem tẽdãt ſcopũ. Id quod & diuũ Platonem dial. 1. de leg. minimè latuit: vbi ait, oportere vt legũ latorẽ ordinẽ ſequatur, vt humana ad diuina vbiq; referatur.

Plato.

Primũ Corollarium.

Ex his fit cõſequens, quod dũ legiſlator leges in ſuum particulare commodũ cõſtituerit, tyrannũ ſe eſſe intelligat. Sequitur ſubinde ꝙ in vnaquaq; republica, vt puta in toto vno regno, leges oẽs ad finẽ totius ſint referendæ.

Scd'um.

Nõ ꝙ nõ ſingulis ciuitatibus ꝓ earũ cond͞one permittendæ ſint particulares, ſed ꝙ dẽnt omnes ciuitates, veluti mẽbra vnius corporis ſibi copulari. At verò regna diuerſa ẽt ſi ſub vno ſint rege, nõ dẽnt ſic gubernari, vt vnius res, diuitiæ. ſ. politia in vtilitatẽ alterius inæqualiter pertrahantur: ſed per ſe quodlibet ob ſuũ ipſius commodũ adminiſtretur. V. g. Si non alia rõne tranſmarina regna acquirerentur, niſi vt omnia eorũ bona Hiſpanniæ obuenirent, eorũq; leges in rẽ noſtram deflecteremus: videlicet, vti ſi nr̃a eſſent mancipia, nõ ſeruaretur æquitatis decor. ſecus ſi cõmerciorũ rõne vicarijs ſibi operis inſeruirẽt. Hæc de legũ fine: nã de eius effectibus qui sũt facere ciues bonos, ac de alijs quibus ipſa fælicitas nobis agitur, q. 3. dicturi ſumus.

Ad primum.

Ad primũ igitur argm̃ rñdetur ꝙ etſi cõtingat legẽ, q̃ ad ſingulare cuiſpiam bonũ ordinatur, rõne cõſiſtere: illa tñ cõſiſtentia illic cõmittitur, ꝙ illud ſingulare bonũ ad cõe refertur: veluti in ſpeculatiuis nulla veritas particularis cõcluſionis ſolida eſt, niſi quę in prima principia reſoluitur.

Ad ſecũdum.

Et per idẽ ſoluitur argm̃ ſm̃ nẽpe ꝙ præcepta circa ſingularia bona inde vim habent legis ꝙ ſingularia illa in cõe bonũ ordinantur. Haud tamen pręcepta hm̃õi leges propriè dicenda ſunt, ſed legũ applicationes ad particularia. Leges. n. (vt dictũ eſt, legibusque monſtratũ) vniuerſales eſſe dẽnt. Exempli gratia: Lex eſt, Vnũ cole Deum, quæ neq; tempus, neq. locũ præſcribit, neq; verò ſingularẽ alloquitur perſonã. Præceptum aũt eſſet, ſi prælatus hodie cuipiã iuſta rõne iuberet ſacrum facere, aut vrbem preces fundere cogeret. Itẽ lex eſt, charos honorare parẽtes, & vt parentes filios alãt. Præceptũ aũt eſt, cũ iudex te iubet aut parẽti, aut filio in tali neceſſitate alimoniã ſuppeditare: itaque cum lex in genere de actionib. noſtris generaliter iubeat, quæ ſunt circa ſingularia, inde fit, vt præcepta ſint earum applicationes ad ſingula Quocirca etſi lex vna ſpecialius alteram explicet, non illico deſinit eſſe lex, quatenus ſemper manet vniuerſalis; eſt. n. ex vt dies Dominicos atq; apoſtolicos ab opere feriemus, licet ſit explicatio illius generalioris, Sabbatha ſanctifices.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum cuiuslibet ratio ſit legis effectrix.*

De auctorib. legum.

Articulus tertius tertiam definitionis particulã occupabit, quæ erat de auctoribus legũ. Arguitur. n. ꝙ vnicuiq. priuatim competat leges ſuo ordine cõdere.

Primũ argum.

Primũ ex dicto Apoſt. ad Rom. Gẽtes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: ipſi enim ſibi ſunt lex. hoc autẽ de ſingulis mortaliũ aſſeuerat, quatenus naturæ luce ducti ſibi quiſq; nouit bonũ & malũ diſcernere.

Secũdũ argum.

Secundò arguitur. Intẽtio legiſlatoris eſt vt ſuos ciues ad virtutem inducat: vnuſquiſque autem poteſt alium ad virtutẽ inducere: ergo vniuſcuiuſque ratio legem ferre poteſt.

Tertiũ argum. Ariſtot.

Et tertio loco accedit eiuſdem Ariſt. ſentent. 10. Ethi. circa finem, vbi patremfamilias in ſuo domo comparat Principi ſua Rebuplica: vt velut hic ciuitatem, ita & ille domũ gubernet, ſergo ſicut Princeps ciuitati, ita & paterfamilias ſuis leges ponere valet.

Iſidor.

In contrarium eſt Iſid. eo. lib. 5. Etym. & refertur diſ. 5. vbi ait: Lex eſt conſtitutio populi ſecundum quam maiores natu ſimul cũ plebibus aliquid ſanxerunt. Quibus verbis docere videtur non eſſe cuiusliber ſcribere leges.

Solutẽ quæſt. propoſita vnica concluſ.

Quæſtio præsẽs vnica, velut ſuperior, cõcluſione abſoluiẽ. Leges cõdere, nõ cuiuſq. ſed reipublicæ eſt, eiusq; vicẽ gerentis ſeu curã habẽtis. Concluſio hæc ex ea q̃ proximè conſtituta eſt facilè hoc modo colligiẽ,

*Deducitur concluſio ex antecedenti.* *Ariſtot.*

Lex eſt regula dirigens in cōe bonū: dirigere aūt in cōe bonū propriū eſt, reipublicæ cuius eiuſmodi bonū proximus finis ē: ergo penes ipſam tm̄ ac penes illum, qui eius hēt curā, p̄tās eſt ferendarū legū. Minorē per Ariſt. doctrinā 1. Ethic. facile intelliges. Effectrices.n. cauſſæ proportionē hēnt ad finales: vt quo effectrix ē alterior, ſit & eius quoque finis ſublimior. Finis.n. proximus militis, eſt ſingularē locū defendere, Ducis vero, victoria. Regis aūt pax: & ideo ad Regē pertinet inferiora cuncta in illū ſupremū finē ordinare. Eadē rōne quia frenefactiuæ artis finis ad equeſtrem refertur, fit vt ars ēt equeſtris frænefactiuæ operationē dirigat. Igit̄ q̄a cōe bonū, peculiaris eſt reipublicę finis, & leges illuc nos ducunt: propriū erit reipublicæ illas cōdere, quibus nos eodē p̄ erducat. Vñ Plato in Dialogo de regno. Regis, ait, munus eſſe condere. Ideq; Ariſt. Ethic. 10. cōſtituit. & l. ſi Imperialis. C. de legi. & cōſtit. ſoli Imperatori cōceſſum legitur leges, tū cōdere, tū adeo interpretari. Subnectitur aūt & ſecūda rō: lex.n. vim hēt coercitiuā, vt auctor eſt Ariſt. Ethic. 10. & Papin. in l. 1. de legib. vbi legē appellat coërctionem. Vis aūt hæc & vigor in ſola republica & Principe exſtit, ſicuti totius aīalis virtus ē mēbra mouere. Eſt aūt cōſideratione diſcernendū inter eos qui leges ſciſcere pñt, & illos quorū conſilio ſciſcuntur. Iuris.n. cōſulti leges ex viſcerib. naturalis philoſophiæ rōne & iudicio eliciunt: firmitatē tñ & coercendi vigorem nemo illis, niſi, qui iuriſdictione pollet, valet apponere. Vñ vt prudentiū cōſulta pōdus per ſe nō hēt legū, ita neq; princeps ſine eorū maturo cōſilio eas dēt edicere. Obuiū tñ in promptu ſit huic concluſioni argū. Deus Princeps oīum eſt legū latorū: & tñ neq; reſpublica eſt neq; ciꝰ vicē gerēs: q̄ppe q̄ nō à repub. auctoritatē mendicauit. Rñſio tū eſt: Non co ſenſu in præſentiarum aſſeri quemcūq; gubernatorē vices reipublicæ gerere, ac ſi vicarius eius exiſtat: ſed ſatis eſt curā illius habere, ſeu tanquam vicarium, ſeu tanquā eius auctorem ad dñm cui curæ eſt publica gubernatio. Pariformiter & de Chriſto etiā inquantū hō erat, ſentiendū eſt, vtpote qui ceu Redēptor ac Rex Regni cœlorum, legū conditor noſter fuit. Ac ſubinde eius vicarius Pontifex maximus. Is.n. nō gerit eccleſiæ vices quaſi ab illa auctoritatē natus, verum quaſi Chriſti vicarius cuius vice fungitur, à quo vtiq; ſolo, licet per eccleſiam eligat̄ auctoritatē ſuſcepit. Idemque eſt de epis iudicium ac prælatis ab ipſis inſtitutis. Sæculares autē reges ac monarchæ ſecus hēnt. Haud.n. à Deo proximè, & quod aiunt, immediatè creati ſūt præter Saulē ac Dauidem eiuſq; proſapiā, cui ſceptrū ipſe commiſit, ſed vt hētur l. q̄ placuit. ff. de cōſtit. prin. reges ac principes a populo creati ſunt, in quas ſuā trāſtulit imperiū p̄tātem, vt inf. q. 6. & copioſius lib. 3. q. 4. patebit. vñ verbū illud apud Sapientē ex Prou. 8. ſupra citat. Per me reges regnant, &c. non aliter intelligēdum eſt, quā q̄ ab ipſo tanquam naturalis iuris auctore donatū mortalib. eſt, vt vnaquæque reſpublica ſeipſam regendi hēat arbitriū, ac ſubinde vbi rō q̄ ſp̄ iramē ēt eſt diuini numinis, poſtulauerit, in aliū ſuā trāſmittat p̄tātē, cuius legib. prouidētius gubernetur. De primis aūt legiſlatoribus varia referunt ſæculares hiſtoriæ. Pli. namq. lib. 8. Naturalis hiſtoriæ, c. 56, ait, Cererē inter oēs primam leges dediſſe: vt aūt alij putauere Rhadamantum. At vero Ioſephus aduerſus Appionē apertiſſimè ac diſertiſſimè veritatem oſtendit. Nempe inter mortales Moyſen prius ſacras promulgaſſe leges, vt diuinitus ſibi traditas. Nā poſt multo tempore illi extiterunt legiſlatores quos Iſidorus initio 5. li. refert. Phoroneus.n. inquit, rex Græcis primus leges conſtituit. Mercurius Triſmegiſtus Aegyptiis. Athenienſibus Solon: Lycurgus Lacedæmonijs; ac deinde Romanis Numa Pompilius, qui ſucceſſit Romulo.

*Obiect.* *Solutio.* *Quid ſētiant ſcriptores de primis legiſlatoribus.* *Plinius.* *Ioſeph.* *Iſidor.* *Ad argumēta partis negatiuæ.*

*Ad primum.*

Ad primū igit̄ argūm rñdetur legem in homine bifariā exiſtere, vno mō tāquā in regulāte, quo pacto eſt in legiſlatore, atq. altero tāquā in regulato, quēadmodū eē cōtingit in ſingulis hoībus iuxta verbū Pſal. Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui. Vñ & hic Apoſtolus ſubdit. Qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis, ſcriptū.ſ. a Deo ipſo ſummo legū cōditore. Ad ſcm vero rñdet Philoſophus. 10. Ethic. cap. 8. vbi ait legē vim hēre coercitiuā. pōt ergo priuatorū quiſq; vnum quemlibet ciuium ad virtutis officia cōſilijs ac monitus inducere, haud tamē perfecte, ſ. ipſum cogēdo: ob idq; talia monita non habebunt legū virtutem ac robur. Ac ſimili fermè modo exemplo ibidem reſpōdet ad tertium, fa-

*Pſal. 4.* *Ad ſecūdū arg.* *Ad tertiū arg.*

teiur

tetur enim patremfamilias nonnulla ſtatuere poſſe in ſua domo præcepta, eadēq; ſub aliquibus pœnis, quas exigere paterna auctoritate poterit, etiam vſque ad verbera. At vero ſicuti dominus non eſt perfecta reſpublica, ita neque eius pręcepta abſolutam habent vim legis: vt puta cũ neq; in carcerem conijcere poteſt ſuos, neque in exilium mittere, neque alijs id genus ſupplicijs afficere: vt lib. 5. q. 2. fuſius patebit, vbi de patria poteſtate copioſius.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum promulgatio ſit de ratione legis.*

Prima ratio ad partem negatiuam.

SVpereſt demũ vt quartus articulus poſtremam definitionis particulam pateſaciat qua legis ponendi forma notabaſ. Arguitur ergo non eſſe neceſſariam promulgationem legis vt ſuã ſortiatur vim. Primum lex naturalis obligat vniuerſos, quę tamen nulla indiget promulgatione, cum neque in ſtatu innocẽtiæ, neque poſt naturam corruptã ante Moyſen talis fuerit lex promulgata.

Secũda ratio.

Secundo: Lex vetus diuina, vt 1. 2. q. 103. art. 4. Auctor S. Thom. ceſſauit illo Chriſtianæ mortis articulo quo redemptor dixit, Conſummatum eſt,

S. Tho.

ſubinde tum nouæ obligatio cœpiſſe credendum eſt, nam ceſſatio vnius, fuit alterius inchoatio, aliàs mundus abſque lege obligante diuina per aliquam temporis moram exiſteret. Et tamen promulgatio legis nõ fuit tunc facta, ſed ſub feſtum Pẽtecoſtes, ergo obligatio legis non pendet ex promulgatione.

Tertia ratio.

Et tertiò. Lex ciuilis obligat loco abſentes coram quibus non promulgatur & pariformiter tempore futuros, apud quos non eſt amplius neceſſaria promulgatio. Contrarium autem legimus, diſt. 4. c. in iſtis, vbi habetur, leges tũc inſtitui, dum promulgantur. Ad quæſtionem reſpondetur duabus concluſionibus.

Prima concluſ.

Prima, Nulla lex vllum habet vigorem legis ante promulgationem, ſed (vt citatum decretũ aſſerit) tunc inſtituitur, dum promulgatur. Itaque nullam (vt quidam arbitrãtur) exceptionẽ cõcluſio hæc permittit. Et probatur ex natura ipſius legis. Eſt .n. regula & menſura noſtrarũ actionũ: regula aũt niſi operantibus applicetur, vana eſt: applicari aũt nequit niſi per eius notitiam: nã qui regula vtitur, eã intueri neceſſe hẽt. Fit ergo cõſequens, vt ante promulgationem qua ſubditis innoteſcit, nõ eos obligãdo perſtringat, ſed tunc præcipi qñ promulgatur. Vñ l. leges, C. de legibus & cõſtit. Leges ſacratiſſimæ quæ cõſtringũt hoĩum vitas intelligi ab hoĩb. dẽnt. Et in auth. vt factæ nouæ conſt. & c tũc valere leges iubenẽ, tunc in cõe factæ ſunt manifeſtæ. Idẽ hr̃ iure canon. vt ext. de poſtulat. prę l. c. ad hęc. & de cõſt. c. cognoſcẽtes.

Parua dubitatio.

Dubitas aũt quid noĩe promulgatio cenſendũ ſit. Vtrũ nondũ lex velut promulgata ſit habẽda quouſq. in oĩum notitiã fuerit diſperſa.

Rõ lætãtandi.

Apparet .n. rõ mõ facta id perſuadere. Enim vero ſi lex per ſui notitiã applicaẽ, fit vt quouſq ſit cũctis nota, non obliger, atque adeo nec promulgata cẽſeaẽ.

Confirmatio.

Et cõfirmaẽ inde ꝙ ille quẽ lex latet, ignorantia excuſaẽ, ꝙ nõ cõtingeret, ſi legis vinculo innodaretur. Huius argumenti gratia ſtatuiẽ.

Secũda concluſ.

Secũda, Lex vt promulgata cenſeatur, nõ exigit vt in oĩum notitiã perueniat ſed tunc promulgaẽ dũ ſolenniter in Principis curia vel in prouincia primo præconio, vel alia legitima via edicitur. Sed hr̃. c. j citato, de poſtulat. pl. Et in alleg. Auth. Et rõ eſt, quia tũc promulgatur lex, dũ ſub præcepti forma conſtituitur. Tunc aũt fit præceptum, cũ primũ publicitus edicitur: ergo vbi primũ ſolenniter fit manifeſta, cẽſetur promulgata, vimq induit præcepti.

Scrupulus.

Reſtat aũt ſcrupulus, Nunquid cũ primũ, v. g. in curia Cæſaris promulgatur lex, tenentur illa oẽs regni indigenæ? Vr̃ enim hoc rõni contrariũ. nã tunc neq remotiſſimi ad quos nondũ potuit fama pertingere, excuſaretur ignorantia: ꝙ aſſertu neſariũ eſt. De hoc licet ad nomen videaẽ ſpectare tñ iuris vtriuſq. doctores ſecus loqui videntur quã rõ docet.

Panor.

Panor. n. & reliqui ſuper d. c. cognoſcẽtes. extra de cõſt. & Ioã. And. ſuper illo verbo, data Romę. lib. ſex. i poſtremo.

Io. An.
Baldus.

Et Bal. ſuper l. etiam citata. Leges ſacratiſſimæ. C. de legibus licet fateantur tunc legem promulgari, quando ſolẽniter dicitur: neminem tamen obligari ea putant, antequam illam audierit, niſi craſſa culpabiliq. ignorantia hominem accuſet. Et ratio eoru eſt, ꝙ putant idem eſſe quempiam ignorantia excuſari, & non obligari lege Contra hos autem ſtatuitur tertia concluſio. Cum primum lex ſolenniter eſt promulgata, in curia vel in regni metropoli, obligat vniuerſos, tametſi circa culpã ignorãtes à culpa excuſenẽ. Probaẽ

vtra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vtraq; pars concluſionis. Nam lex in vni-
Tertia concluſ. aduers⁹ p̄ſatos auctores. uerſum promulgatur. Haud quippe dicit,
Præcipimus ciuib. iſtius verbis, ſed vniuer
ſis ſub ditione noſtra degētib. ergo vniuer
ſos tunc obligat. Secūdo arguit dū cōcio-
nator, v. g. vel alia perſona priuata admo-
net me legis poſitæ, tunc iam deinceps nō
Prima ꝓbatio. me excuſaret ignorantia, & tñ nuncius il
le non me obligauit, ergo promulgatio ſo
Secūda. lennis quæ præceſſerat me obligauerat, Et
Tertia. tertio arguitur. Si non ſtatim a ſolēni pro
mulgatione eſſent vniuerſi lege ligati, ſe-
queretur ꝙ neq. ignorantes proprie dice-
rentur excuſari; excuſatio. n. eſt ab obliga-
tione quā quis hēt; & ſ͞m cōtrariā opinio-
nē ignorantes nodū obligantur; dicēdū er
go vtrumq. eſt, vt noſtra aſſerit concluſio;
videlicet ꝙ lex ſtatim cūctos tā audiētes q̄
abſentes obligat, a cuius nihilominus ne-
Qō incidens. xu inſcij excuſant. At vero preſſius qs for-
te percunctetur, vtrū ſatis ſit vno loco ſolē
niter lege promulgari, vt vniuerſi illius iu
riſdictionis ſtatim legi ſubdantur. Exem-
pli gratia Si Cæſar pluriū regnorū dñs le-
gem Toleti promulgaret, qua Belgas, Flā-
dros, atq. Italos. Indosq. cōprehenderet.
Atq. ſi Papa Romæ, vel vniuerſale Conci
liū ſolēniter ferret legem, vtrum inde tūc
protinus ſtringeret vniuerſos Et quo du-
bitationis neruus lucidius pandatur, pro-
feramus exēplū legis irritantis inualidan-
tiſq; materiā cōtractus. Si nunc Papa pro
hiberet quintū gradū matrimonij, vel fac
nōdū eſſe poſitam legē irritantē actiones
pupilli alienantis ſua bona, ſed nunc pri-
mū poni Vtrū ex illo tunc irriti eſſent ta-
les contractus, ēt inter ignorantes celebra
ti. Nā quantū ad culpā & pœnā, iā ſatis di-
ctū eſt, eos qui per inſcitiā poſtmodū con-
trahèrent excuſari; ſed vtrū valeret matri-
monium, pariter & contractus populi. Ad
hoc primū rñdeē, nō ſatis eſſe Cæſarem in
vno regno legē edicere, vt omnes obliget
quouſq; in ſingulis, promulgent, ac ſi di-
uerſorum eſſent regum; qm̄ ob id quod in
eiuſdē ditionē inciderint, nō cenſent, vna
Solutio. reſpublica Qu in vero ſi ſint diuerſæ pro-
uinciæ lōgè ſeparatæ, nō exſtimat lex pro
mulgata, antequā in ſingulis edicat. Non
.n. æquū eſſet vt lex Toleti promulgata ex
tunc perſtringeret Indos. Saluberrima er-
go eſt ſanctio Author. citatæ, vt factæ no-
uæ, &c. Rom. Imper. leges poſt duos men-
ſes valere inciperent in repu. & tractari.
Quod ſi valere, idem ſit quod vigorē tunc
præcepti obtinere, fit vt neq; antea ſcien-
tes obligarentur; ſi vero intelligatur iuxta
formā tertiæ noſtræ concluſionis. ſ. ꝙ licet
a tp̄e promulgationis obligent, nihilomi
nus vſque ad duos menſes poſſet ſe quiſq;
ignorantia protegere; tunc intelligēdum
eſt quantū ad forū exterius, nam quātum
ad cōſcientiā, & illi qui antea reſciuiſſent,
continuo excuſatione nudarent, & illi qui
citra culpā diutius ignoraſſent, excuſaren
tur. De legib. aūt eorū qui ſunt Principib.
inferiores cū anguſtiorib. prouinciis præſi
deant, non eſt cēſendū tā longas inducias
requiri vt ſint obligatoriæ. At vero de sū-
mo Pontifice aſſeruit Panor. c. nouerit. de Panor.
ſent. excom. ſatis eſſe, ſi eius leges Romæ
publicent, quē nonnulli ſequuntur, dicen
tes pontificē ſummū plumbeos hr̄e pedes
quib. diſcurrere nequit. Et Syluest. verbo, Syluest.
lec. q. 6. dicit ſic ſeruari in practica. Verum
eſt tñ eundē Pan. ſuper c cognoſcentes, de
conſtit. ſic ſe ſ͞m cōem opin exponere, vt
aſſerat legē, nō quantum ad culpā & pœ-
nā, ſed tñ, quantum ad reciſionē cōtractus
ab articulo ſtatim promulgationis vigo-
rē hr̄e. Vt ſi in Cōcilio lata eſſet lex, de in-
ceps illegitimè nati ſacerdotia reciperēt,
aut ꝙ talib. præbendis nō niſi tali hominū
ſorti prouideretur, oēs ex illo momento,
contra facte collationes haberent irritæ.
Quod ego facile credo Attñ quia matri-
monia non pñt diſſolui ſine iniuria, & ſi
quæ ſunt alia id genus pacta, certè nō de-
bent lege interdici, niſi quæ vigere inci-
piat dum fuerit in prouincia promulga-
ta, alias eſſet periculis plena. De cęteris au
tē quæ irritatoriæ nō ſunt, parum refert ſi
dicam⁹ ſtatim Romæ latas obligare. Hoc
ſi quidē nō obſtante, ignorantes excuſant
a culpa & pœna. Crediderim tñ, niſi papa
aliter ſua lege expreſſerit, nunquā intēde-
re obligare niſi a tp̄e promulgationis in
prouincia Etenim qñ ob culpā, vel alium Papa nō intēdit obligare ſua lege niſi a tēpore promulgatiōis, niſi aliter expſſerit.
defectū vult inhabilē perſonā reddere; ex-
preſſe addit ex nūc, vel ex tunc, vt c cū ſin-
gula. de præbē. lib. 6. cōſtituit duas obtinē
tē præbendas ex tunc reddi inhabilē. Et ſi-
mile hr̄ Clem. nolentes, de hæret. Hoc aūt
pro certiſſimo hic admonitum ſit, ꝙ leges
priuilegiorū reuocatoriæ vim nō hñt quo
ad vſq. promulgatæ ſint nō ſolū in prouin
cia, uerū in diœceſi. Exēpli gratia dū indul
gentiæ reuocātur aut ſuſpēdunt, quouſq.

in

in metropoli eccleſia fit reuocatio promulgata, quicunq; poteſt conceſſis priuilegijs citra culpam vti. Neq; hoc tm̃, verum ẽt ſi quis vſq; ad illum articulum priuilegio indulgentiarũ fuerit à reſeruatis ſacramẽtaliter abſolutus, abſolutio eſt valida. Ecce definitionem legis in fronte quæſtionis propoſitã, cunctis ex partib quæ quattuor erãt, expoſitã: ac ſubinde illam. ff. de legib. & Senatuſ. quã ſapientiſſime Papin. ex alijs quatuor membris conſtituit. Ait. n. Lex eſt cõe præceptum vbi eius ſubſtantia primuſq; actus exprimitur: qm̃ præceptio, actus prudentię eſt & in cõe omnib. debet põnni. Virorum prudentium conſultũ: quib. verbis declaratur quemadmodum pręceptio nulla eſt in intellectu, quam non conſilium antecedat, quare neq; Rex ſine prudentũ cõſultatione dẽt leges condere. Delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coerctio. Ecce virtutem eius ac vim coercitiuã maleficiorũ, quæ vel ſcientia vel ignorantia vincibili delinquũt. Cõis reipublicæ ſponſio, qua tandẽ particula elegãter ingenium legis exprimitur. Per leges namq; reſpublica & Princeps cõſtituitur fideiuſſor, vt ſecurè tutoq; vbiq; viuatur. Spondet. n. nullũ fore pacis perturbatorẽ, neq. vllũ qui iniuria auſurus ſit ciuẽ lædere. Quod ſi vllus extiterit, ipſe Princeps pænas repoſcet.

Legesre uocatoriæ priuilegiorũ nullã vim habẽt quo ad fuerit promulgatæ nõ ſolũ in prouincia, ſed i diœceſi.

Epilog⁹ antedictorum.

explanatur alia legis definitio.

Primũ argum.

Ad ſecũdum.

Ad primũ igiť argm̃ de lege naturæ, rñdemus, naturali luce & inſtinctu eſſe ꝓmulgatam: nẽpe inſcriptam mortaliũ mentib. Quapropter in ſtatu innocentiæ clareſcẽte naturæ luce nulla fuit alia opus promulgatione talis iuris. Neq; verò poſtea quouſq; caligine iam obducta hominũ mens neceſſe habuit vt per legẽ ſcriptã explicaretur ei Decalogus. Quo fit vt de primis principijs naturalib. nulli mortales per ignorantiam prætexere ſibi poterunt excuſationem. De alijs verò quæ attentiori diſcurſu indigẽt, vt de libera Venere, forſan ſe poterant excuſare. Pari rõne, Si qui Barbari matrimonia vſq; adeo contra naturam fœda cõtraxiſſe inuenirentur, vt ẽt ſe parentes filiab. cõmiſcerent talia matrimonia dirimerentur: quia non poterat niſi craſſa inſcitia nefaria illa turpitudo ignorari. Secus ſi cõtraxiſſent in ſecũdo, & alijs gradibus, qui Iudęis duntaxat olim, Chriſtianiſq; præcisè, modò interdicũtur. Ac ſm̃ de diuina lege reſpondetur, nõ cẽ ẽri promulgatam, eo ꝙ Deus ſingulari perſonæ eã reuelauerit, quouſq; idẽ eius miniſter ſolemniter eam euulgẽt. Exempli gratia. Abrahæ præcepit Deus vt ſuos maſculos circuncideret, quæ lex poſterioris ſuis eſſet ſolennis. Hæc autẽ lex non omnes (præter ipſum) ſtatim obligabat vſquequo Abraham noĩe Dei eam promulgauit. Idem pariformiter de lege Moſaica quantum ad ceremonias iuræ naturæ adhibitas & iudicialia, exiſtimandũ, videlicet ꝙ nullus cõtraheret cũ vxore patris aut patrui, qui. n. poſtquam lex reuelata eſt Moyſi ante eius promulgationẽ contraherent in tali gradu non modo à culpa excuſarentur verum neq; ſepararentur. Secus poſt promulgationẽ, poſtmodum n ẽt ignoranter contrahentes, licet à culpa liberi eſſent, diſſociarẽtur. Rõ huius eſt, ꝙ Deus hominib. ſm̃ eorũ naturam, & ingenium per hoĩes ſui generis cõſtituit leges promulgare. At vero lex Chriſti vbi primũ fuit Hieroſolymis poſt eius paſſionem ac reſurrectionem promulgata, vniuerſum obligauit orbem: qm̃ prędicatio Diſcipulorũ non obligabat de nouo, ſed oſtendebat legẽ cui Chriſtus nondum ſubiugauerat: atq; adeò tollebat ignorantiam illucuſq; excuſantem. Vt aũt ad formã argumenti tertij reſpondeamus, conceditur illo tunc articulo quo Chriſtus aĩam expirauit, mortuam eſſe legẽ veterẽ, licet non fuerit ſtatim mortifera, ac ſubinde vim ſtatim habuiſſe ſacramenta noſtra. Quin vero baptiſmus iam antea baptizato Chriſto virtutem habebat: vt 3. part. q. 66. auctor eſt S. Thom. At vero de legis totius euangelicæ obligatione, etſi Sco. in 4. diſt. 3. q. 4. viſum fuerit non incæpiſſe niſi à die Pentecoſtes, quando Apoſtoli confirmati virtute ex alto eam prædicare cæperunt, tamen aliter forte eſt ſciendum. Enim vero antea iã Chriſtus Apoſtolis iuſſerat, Ite prędicate Euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Ex quo idcirco tempore ait, loco modo citato S. Thom. vim habuiſſe præcepti. Et quia ſuſceptio baptiſmi profeſſio eſt totius legis, dicendum forſan ſecundum eundem ſanctum Doctorem, ipſum tunc primo Chriſtum ſuam promulgaſſe legem. Attamen hoc conceſſo, conſequens fit, ab articulo paſſionis vſque ad illud temporis momentum manſiſſe orbẽ ſine obligatione vllius diuinæ legis, nam vetus expirante Chriſto ceſſauit. Cui autem duriuſculè hoc inſonuerit, dicere vero proximè poteſt, quod

Quo tẽpore lex Chriſti cæperit obligare.

S. Tho.

Scotus.

ipſo expirante veterem cõſumauit. Nam tunc in ara crucis nouo ſacerdotio, vetus antiquauit. & translato ſacerdotio, ait ad Hebræos Paulus, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Quamuis nihil abſurditatis habeat quod in triduo tantilloque tempore poſt reſurrectionem non obligaret lex noua. At vero prior mihi reſpondendi modus multo probatior eſt, vt lib. proximo q. 5. monſtraturi ſumus: vbi materia hæc à ceſſatione legalium admuſſim eſt examinanda.

Ad ternũ arg.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod cum lex ſcripto debeat promulgari illa ſcriptura abſentibus & futuris loquitur: qua ratione ait Iſidor. legem eſſe conſtitutionem ſcriptam, & a legendo vocari, eo quod legenda proponitur. Quamuis illud de ciuili tantum intelligatur: nam lex naturæ in mente ſcripta eſt: & ius gentium eadem mente collecta.

## QVÆSTIO II.

### DE LEGIS EFFECTIBVS.

S.Thom. 1.2.quæſt.92.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum effectus legis ſit præcipiendo ac vetando facere homines bonos.*

QVæſtio præſens duos habet articulos, alterum de effectu legis, atque alterũ de eius actu. Oportet enim in præſentiarum quatuor conſideratè diſcernere: finis enim legis eſt adeptio communis boni, in quo poſita eſt fœlicitas: de quo in 2. artic. dictũ eſt: effectus autem eſt probitas & honeſtas per quam illuc tendi-

Quatuor in lege aduertenda.

tur: actus vero quem legis virtutem appellant, eſt pręcipere, & vetare, ſed poteſtas & neruus eſt obligare & coercere, de quo q. 6. dicendum eſt. Arguitur quod legis effectus non ſit facere homines bonos, virtus

Prima ratio.
Ariſtot.

enim eſt ſecundum Philoſophum 2. Eth. quæ bonum facit habentem & eius opus bonum, virtus autem munus Dei eſt, vt

Auguſt.

illa celebris habet diffinitio Auguſtini q̃ ex 2. lib. de libero arbit. colligitur. Virtus eſt bona qualitas mentis, &c. quam Deus in nobis ſine nobis operatur, lex ergo nõ eſt quæ bonos facit habentes.

Secũda ratio.

Secundo, lex non facit bonos niſi qui ſibi ſunt obedientes; illud ergo obedientiæ bonum non eſt a lege, ſed ei præſupponitur.

Tertia ratio.

Tertio, lex vt dictum eſt, in bonum cõmune reipublicæ refertur, ergo effectus eius ſolũ eſt facere bonos ciues, puta obedientes legibus & magiſtratibus in commune bonum, hoc autem non ſatis eſt ut ſimpliciter ſit homo bonus; nam poteſt eſſe malus in his, quæ lege ciuili permittuntur. In contrarium autem eſt ipſe idem Philoſophus, qui initio 2. Ethic. ait voluntatem cuiuslibet legislatoris eſſe vt faciat homines bonos.

Ariſtot.

Ad quæſtionem hanc reſpõdetur duabus concluſionibus. Prima eſt. Effectus legis, quem potiſſime aſpicere debet legiſlator, eſt bonos facere homines ſibi ſubditos, per quam bonitatem finem humanum adipiſcantur, quæ eſt noſtra fœlicitas.

Prima concluſ.
Prima ratio.

Concluſio hæc facilè ex deciſione ſuperioris quæſtionis colligitur. Finis enim legis, eſt commune bonum in quo noſtra conſiſtit beatitudo, illum autem nemo niſi per virtutum exercitationem, aſſequitur, quæ bonum faciunt habentem eo, vel maximè quòd (vt Philoſophus docuit) fęlicitas ipſa huius ſæculi in virtutum vſu poſita eſt, ergo legis effectus eſt homines facere ſtudioſos & probos. At vero quoniam ratio hæc de lege tantum procedit, quæ ueram habet legis rationem, S. Tho. 1.2. quæſt 92. aliam excogitauit rationẽ,

S.Tho.
Secũ ratio.

quę legem omnem etiam metaphoricam amplexatur. Lex, inquit, cum rationis dictamen ſit, quo præſidens ſubditos gubernat, ad hoc ordinatur vt ei ſubditi bene obtemperent, hoc enim eſt cuiuſque præceptionis propoſitum, virtus autem eius propria qui alteri ſubditur, eſt bene ſuperiori obtemperare, (vt in calce 1. Politic. auctor eſt Ariſtot.)

Ariſtot.

quemadmodum uirtus appetitus ſenſitiui eſt, vt probe & promptè rationi obediat ergo intentio legis, eſt ſubditos ad ſuam ipſorum propriam virtutem inducere, vtpote per quã ei obſecundent, hæc autem virtus bonum facit habentem, & eius opus bonum, ergo cuiuſque legis effectus eſt facere homines bonos. Quod ſi inuento legislatoris ad id quod eſt vere ac ſimpliciter bonum feratur, tũc lex ipſa pari modo imbuet ſubditos vera bonitate, ſin vero nõ fuerit ſimpliciter bonum, ſed utile aut delectabile ſi-

bi repugnans autem iuſtitiæ, tũc lex faciet ſubditos non bonos ſimpliciter, ſed in ordine ad illum finem; vt ſi ſit lex conquirendi diuitias, inſtruet illos probè ad illũ finem, & ſi fuerit lex latrocinandi. faciet illos bonos latrones, nam & in malis inuenitur obedientia legis, quæ effigiem habet boni, non honeſti, ſed vel delectabilis vel vtilis.

Obiicit contra ꝓximã rõnem. S. Tho.

Hæc autem ratio non ſatis videtur rem demonſtrare, concluſio enim noſtra eſt, legem efficere bonos homines ratio vero ſolum concludit ꝙ efficiat bonos ſubditos, ꝙ minus eſt. Ariſt. enim Polit 3. ca. 3. dignoſcit bonũ ciuem a viro bono. Ciuis enim inde dr̃ bonus ꝙ ſit bonus ſubditus, hoc eſt legis dicto audiens, vir autẽ bonus plus obtinet probitatis, nam cum multa ciuili lege impunè permittantur, põt quis bene auſcultare legibus & nihilominus prauus eſſe puta auarus, fornicarius, & c. vt ſup. argumentabamur. Igitur non ſat eſt legem facere bonos ſubditos, vt faciat ſimpliciter bonos hoĩes.

Caieta. nititur defendere rõnẽ. S. Tho. Solutio.

Caie eodem loco defendere conatur rationem S. Tho. hoc pacto, ꝙ licet qui ſubditus eſt vnicuilibet particulari legi, vt puta humanæ, non illico ſit vir bonus; tamẽ q̃ bene paret omni in vniuerſum legi, puta naturali & diuinæ, nõ põt non eſſe ſimpliciter vir bonus; eo ꝙ tales leges de omni virtute p̃cipiũt. Hæc aũt expoſitio, niſi ego hallucinor, nõ eſt menti S. Thom. germana. Etenim ſi hoc ipſe cogitaſſet, collectim ſimul dixiſſet, legum vniuerſitatem facere hoĩes bonos, cum tamen non hoc tm̃ aſſerat, ſed ꝙ ille ſit effectus cuiuſcunque per ſe legis.

Caieta. non eſt ad mentem S. Thom. Genuinus ſenſu S. Th.

Sic enim ait; Ad hoc enim ordinatur unaquęque lex, vt obediatur a ſubditis Genuinus ergo ſenſus S. Tho. eſt, effectũ cuiuſcunq. legis eſſe, facere homines bonos ſuo ordine & gradu, ſcilicet reſpectu peculiaris finis eiuſdem legis, ut puta legis iuſtitię, facere iuſtos, legis fortitudinis, fortes, & tẽperantiæ, temperatos, &c. Et ideo optima erat collectio, ꝙ ſi facit bonum ſubditum, facit bonum hominem in tali materia.

Dubiũ. Arg. 1. Arg. 2.

Ex quo fit ut lex æterna & naturalis, quę omnem docent iubentque uirtutem, faciant homines undequaque abſolutos. Hærebit hic aũt forſan de hac concluſione quiſpiam, utrum uſq; adeo ſit uniuerſalis ut legislatorẽ ſecularẽ eiuſq; leges ſuo ambitu cõplectatur, an uidelicet principum regumque munus ſit bonos ſecũdum aĩam facere ciues. Exiſtit. n. contra apparẽs arg. ꝙ hoc differat inter eccleſiaſticos antiſtites & ſeculares princeps, ꝙ illi ſpiritualib. attendentes, curã gerere debeant aĩarum, iſti uero tm̃ pacis quieti pacatiq; ſtatus reipublicæ. Si namque uulgus arbitrari fortè poterit.

Ariſtot.

Mox arguitur ex Ariſt. 1. Polit. c. 2 ubi ait, conſtitutã eſſe ciuitatẽ uiuẽdi gratia, ſ. ꝑꝑ ſufficientiã uitæ. Ex domo. n. propagatur pagus, & ex pagis coaleſcit ciuitas, ut. ſ. diuerſis artib. diuerſiſq. mercimonijs ſibi ciues mutuo ſufficiant, ergo a ſecularib. legib. non eſt quidpiã altius deſiderandũ

Satis ſit dubiõni propoſitæ. Probatio.

His tñ nihil obſtantib. proculdubio auſcultãda eſt concluſio uniuerſaliter, philoſophi. n. affirmantes ſcopũ legislatoris eſſe ciuium probitatem atque honeſtatẽ morũ, nihil de eccleſiaſtica inſtitutione cogitabant, ſed de regib. id aſſerebãt. Quã ob rẽ meminiſſe oportet diſcriminis inter alias uirtutes, & intellectuales artes & ſcientias. Ars. n. facere põt pictorẽ bonũ & bonũ ſtatuariũ, & ſcientia Theologũ bonũ, bonũq. Iurecõſultũ. bonũ aũt uirum ſola perficit moralis uirtus. Qua ꝑꝑ leges oẽs ciuiles ſiue de reliquis artibus ſiue de reb. aliis edicant, oẽs ad bonum aĩæ, quo nr̃a fęlicitas agitur, inſtituẽdæ ſunt, ob idque loco modo cita.

Ariſtot.

Ariſt. per egregiè dixit, ꝙ ciuitas cõſtituta quidẽ eſt gratia uiuẽdi, exiſtit uero bene uiuendi gr̃a. Enim uero nõ modo ciuiũ congregatio ad uitã corporalẽ emolumenta adfert, atq cõmoda, ſed præcipuè ad ſpũalem.

Secũda ratio.

Nequirẽt. n. diſperſi hoĩes ac ſolitarij ignorantes docere, coercereq. malefactores, cõſiliiſq. & ſalutarib. mõtis mutuo ſe ad fęlicitatẽ iuuare ut faciũt congregati. Etenim qua rõne hõ ad fęlicitatẽ natus eſt, eadem eſt ciuile aĩal, ob idq. ſolitarius, niſi angelicã degat uitã beſtia eſt. Atq eandẽ ob cãm qualem antiqui fęlicitatẽ ſtatuebãt, tales & ferebãt leges, ut Epicurei eas q̃ uoluptati capeſſendæ deſeruirẽt, atq. alii alias, q̃b. uel diuitię uel honores accumularent̃.

Plato.

Et Lacedemonij (ut 1. de legib auctor eſt Plato) qui illic fęlicitatẽ collocabat, ut oĩum eſſent uictores ac dñi, eas excogitabant leges, q̃ ad bella fęlicius gerẽda accõmodatiores eſſent. Igit̃ principes qui uera fęlicitatẽ ſyncere norũt, ad eandẽ dẽnt cũctas referre leges.

Ariſtot. poſtrema rõ.

Ait n. Ariſt. Eth. 9. iuſta legalia factiua eẽ fęlicitatis. Haud q̃ppe externis, actionibus decorũ pñt ciues ſeruare reipublicæ ſtatũ,

niſi

niſi internis virtutum habitibus vigeāt. Et Poſtremò accedit quod omnis poteſtas à Domino Deo eſt: propter quod eidem admonet Paul. omnem animam eſſe ſubditā. Deus autem ad ſe cuncta ordinauit ac retulit: ergo in ipſum debent principes ſuas leges referre. Haud ergo hac parte ſæcularis poteſtas à ſpirituali differt, ſed hoc tantum, quod cum ambæ eundem ſuis legib. debeant ſcopum ſupernæ ſalutis pręfigere ſpiritualis ſupereminet ſæculari, nempe vt ſacrorum leges inſtituat: & ſi ſęcularis princeps leges à vera fœlicitate deflexerit eas emēdet & corrigas, principesque ipſos cohibeat. Tunc enim locum habet illud 1. ad Cor. Paul. animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.

Paulus.

Adde hic demum quod cauſa huius aſſertæ veritatis Ariſt. eodem loco 3. Polit. ca. 3. poſtquam diſtinxit ciuem bonum & virū bonum, ſubiunxit, Principi neceſſarium eſſe vt ſit vir bonus, hoc eſt omnibus virtutibus exornatus. Et ratio eſt, quod regere munus ac functio prudentiæ eſt, quæ niſi omnibus virtutibus aſſocietur, vera eſſe non valet: iudicat enim prudens de omnibus: & quia qualis vnuſquiſque eſt talis ſibi finis videtur, neceſſe eſt vt bene ſit affectus ad omnia de quib. iudex ſedet.

Ariſtot.

Obiectio.

Sed arguis, videtē non opus eſſe maiori virtute in principe ad operandum quam in ciue ad obediēdum. Nam vt tota ſubditi probitas quatenus ſubditus eſt, conſiſtit in bene parendo, ita & tota principis in bene imperādo: quę enim alter iuſſa dat, alter capeſſit: ergo cum in republica ciuili: non omnia mala prohibeantur, fit vt ſicut neque ad bonū ciuem, ita neq; ad bonū principem requiratur omnis virtus. Reſpōdetur diſparem eſſe rationem, quoniam princeps debet de omni virtute leges ferre, & (vt ait 1. Polit. Philoſophus c. vlti) quomodo ſi imperans non eſt temperatus & iuſtus & fortis, huiuſmodi virtute rectè imperabit? Et quamuis non nulla impunè permittat, vt meretricia mendacia & epulationes, hoc tamen non debet libidine facere ſed iudicio. Debet enim eſſe adeo caſtus, vt ad euitandas peiores turpitudines meretricia vbi oportet permittat: & tam liberalis. vt ad euitanda latrocinia permittat quempiam vſurarum modum. In ſumma veluti medicus ſalutis eſt corporis moderator, ita & princeps qui gubernaculum reipublicæ tenet veluti animarum medicus ad illum finem debet cuncta moderari.

Solutio.
Ariſtot.

Secunda concluſio huius articuli ſit. Licet princeps mētis oculos ſemper debeat habere ad bonitatem ciuium attentos, debet nihilominus & legib. artes opificiaque reipub. proſpherare, annonam & reliqua tēporali vitæ tā ad bellū quā ad pacē neceſſaria prouidere. Quin verò & ciuiū facultates & honores augere, eatenus tamen quatenus præſentis vitæ ornamenta futuræ ſunt fælicitatis adminicula.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum conceditur omnem virtutem munus eſſe ac donū Dei: haud tamen quod nobis ſine noſtra opera donetur, ſed nobis quippiam agentibus, licet non pariformiter. Eſt enim virtutum alia infuſa, alia verò acquiſita. Et quidem infuſam Deus nobis ſe ſolo donat non tamen adultis ſine ipſorum conſenſu & diſpoſitione. Acquiſitæ autē, licet Deus donator ſit tanquam auctor naturæ noſtra nihilominus conſuetudo cauſſa etiam eſt: inde. n. dicitur acquiſita, quod noſtris morib. cōficitur. At verò quia neutrius opus rē habet virtutis ſimpliciter dictæ, niſi Deo per gratiam ſit acceptū, cuius quidem primæ gratiæ nos non ſumus cauſſa per meritū, rectè ait Aug. oēm virtutē dari nobis. Nihilominus quia leges opera noſtra dirigunt, per quæ fauente Dei numine morū probitate decoramur, ꝑ leges dicimur boni effici. Eo. ſ. pacto quo Ariſt. 2. Pol. ait q̄d legiſlatores aſſuefacientes faciunt bonos.

Ad ſecūdum.

Ad ſecundum autem reſpondetur, non ſēper qui legi obedit, id facere ex bono virtutis. ſed timore quandoque pęnæ, quam lex comminatur: per quam ſubinde adducitur vt prompto animo rationi obtemperet. Quamuis ſint etiam quædam à natura virtutis ſemina ante legē nobis inſita, vt quis poſſit obedire legi, per quam obedientiam perfecte cōparet virtutes.

Ad tertium.

Ad Tertiū aūt iā reſponſum eſt. Lex enim quæcunq; ciuilis facere duntaxat intendit bonos ſubditos, hoc eſt prompte obſequētes, quoniā reſpublica niſi ex partibus cōſtet, quæ toti obtēperent, nō pōt cōſiſtere, ſicuti neq; corpus cui mēbra nō ſeruiunt. Satis ergo eſt ad firmitatē reipu. ſi princeps oī polleat virtute, & ciues bn̄ ſint ſubiecti Licet nō oēs ſint viri abſolutę virtutis, vt Ariſto. 3. Poli. docet. Attamē qui legi naturali ad diuinæ auſcultant, illi ſunt & boni ciues, & viri integerrimi.

Ariſtot.

mi, vt iã ſupra dictũ eſt. De legib. aũt tyrã-
nicis, cũ verę non ſint leges, nõ eſt opus eſt
argumentum inde obijcere, quod non fa-
ciũt bonos ciues. Id enim tãtum bonitatis
habent quod faciunt ſubditos obedientes,
vel timore pœnæ vel alia corrupta via.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum legis actus congruenter aſſignentur.*

*Legis act⁹ quatuor.* SVbſequitur articulus ſecũdus de legis
actib. Videtur n. non eſſe quatuor. ſ.
imperare, veterare, permittere & punire.
*Argu. 1.* Lex enim idem eſt quod præceptum & im
perium, vt ſupra monſtratum eſt: non er
go opus fuit diſcernere inter imperare &
*Argu. 2.* vetare. Secundo, effectus legis eſt ſubditos
ad bonum inducere: cõſilium autem ad id
ipſum cõducit, ac pariter præmium, ait. n.
Iuriſ. l. 1 de iuſtit. & iur. ff. quod bonos nõ
ſolũ metu pęnarum, verum etiam præmio
rum exhortatione efficere cupit: ergo &
conſulere & præmiare, nihilominus quàm
præcipere & punire actus ſunt legis. Quin
*Argu. 3.* verò tertiò valentius arguitur. Effectus le-
gis eſt homines bonos facere: ille autẽ qui
metu dũtaxat pœnæ legi obtemperat, nõ
eſt ſimpliciter bonus: metus namque ſerui
lis quamuis ſit moraliter bonus, nondum
tñ lineam virtutis attingit: ergo punire nõ
eſt legis actus. In contrarium autem eſt in
ter Iureconſultos Modeſtin. ff. de legibus
& ſenat. conſul. vbi ait legis virtus hæc eſt,
imperare, vetare, permittere & punire.

Ad qõnem iſtam concluſione hac reſpõ
*Conclõ reſponſiua.* detur. Legis actus ac virtus quadripartius
eſt, vt lege citata Iureconſu. docuit. Neque
*Iſidor.* verò obſtat Iſidori ſententia lib. 5. Etymo.
vbi de trib. tantum meminit. Ait quippe;
Omnis lex, aut permittit aliquid, vt vir for
tis præmium petat, aut vetat, vt ſacrarum
virginum nuptias nulli petere liceat: aut
punit, vt qui cædem fecit capite plectatur.
Nam permiſſi appellatione conſultorum
more pręcepta etiam cõprehenduntur. Sic
enim habetur C. de legib. & conſ l. leges ſa
cratiſſimæ. Vniuerſi præſcripto legum vel
inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur.
Haud enim eſt credibile, vt potiſſima legis
functio eum præterierit. Enim vero cum
tres ſunt differẽtiæ humanarum actionũ?
Prima, ſ. earum quæ genere ſuo bonæ sũt:
aliæ verò quæ genere ſuo ſunt malæ, ac
tertiæ quæ ſunt indifferẽtes. Reſpectu pri-
marum legis virtus eſt præcipere, vt, Vnũ
cole Deum; charos venerare parentes. vn
de Ariſt. 5. Ethic. Lex, inquit, de omnibus
præcipit virtutum actibus Reſpectu vero
aliorum ſecundi generis eſt vetare, vt, Ne
iures vana per eum. Non occides. Sed re-
ſpectu actionum tertij ordinis eſt permit-
tere, vt cui libuerit, negotiari fas ſit lucri
gratia. At vero qm̃ lex dictamen rationis
eſt quo homines ad officium inducuntur,
fit vt inſtar rationis ſpeculatiuæ, quæ per
vnum aliud concludit, ſubditos per pœnã
a vetitis arceat, atque in officio contineat,
hac ergo ratione & quartus ei actus adiũ
gitur, qui eſt punire. Sed tamen contra ſin
gula huius inductionis mẽbra obijcitur.
Primũ legibus non ea ſolum præcipi con
ſueſcunt quæ genere ſuo ſunt, bona, verũ
etiam ea quæ per legem conſtituũtur vir-
tutum loco; neque ſolum vetantur ea quę
genere ſuo ſunt mala, verum quædã quæ
per legis prohibitionem efficiũtur mala.
Hinc enim illa celebris diſtinctio orta eſt.
Alia ſunt prohibita, quia mala, alia vero
mala, quia prohibita. Diem. n. verbi gra-
tia, cuipiam diuo feſtiuiter dicare, quem
prius feriari indifferens erat, lege ſola fit
religionis virtus. Et armatos noctu ciues
obambulare, quod prius erat indifferens,
prohibitione legis fit vitium. Reſpõdetur
aũt ꝙ vbi diximus præcipiendi actum cir
ca ea verſari quæ ſunt genere ſuo bona,
ampliãdum verbum eſt & ad illa quæ cer
ta ratio indicat eſſe bona; nihil enim lex
præcipere debet niſi quod ratio pro tẽpo
re & loco oſtendit eſſe bonum. Et parifor
miter neque quidquam vetat, niſi quod
vel genere ſuo vel circunſtantijs loci aut
tẽporis ad bonum finem, ordinatur. Sed *Qõ parua.*
rogas, illa quæ genere ſuo ſunt bona vel
mala, quid nã alia opus habent aut præce *Solutio. Argu.*
ptione aut prohibitione? Reſpõdetur, Ea
quæ genere ſuo iuſta ſunt lege naturæ p̃-
cipiuntur, & quæ genere ſuo ſunt mala ea
dem lege prohibentur. Nihilominus cau-
ſa amplioris luminis voce etiam in man-
datis proferuntur, ſcriptiſque referuntur,
vt Decalogus exemplum eſt. Præterea ad
uerſus tertium membrum eſt argumẽtũ;
quia lex humana non ea tantum permit-
tit quæ indifferentia ſunt, vt otiari, & quã
tenus eutrapeliæ virtus indulget ludere
& venari; verum & quæ mala ſunt, & ſcor-

tari,

tori,& io ci cauſſa mentiri,atq,id genus re

Solutio

liqua. Reſpondetur quod quantum ad legem humanam indifferentia quoq.dicuntur ea quæ non ſunt ualde mala, utpote ex quib. nulla emergit iniuria aut grauis abſurditas, q̃ quidem bona cauſſa, ut impune fiant permittit,haud tamen approbat, quaſi licita,id enim facere nequit, quoniã lex diuina & naturalis nihil tale ꝑmittit.

Altera ratio ad idem.

Item arguitur. Permittere conuenit perſonis etiam priuatis, quibus cũ incumbat filios uel ꝓximos corripere, cõtingat eis tamen conuiuere, ergo nõ eſt proprium vel principis uel legis.

Solutio

Reſpondetur, quod id permittere ꝙ cõmode vindicari non põt, hoc cõuenit legi, permittere autẽ ex ignauia aut iniqua indulgẽtia, qđ uetare qs teneť,hoc priuatim accidit. Qui vero corripere nõ obligatur, is ꝑmittere nõ cẽſetur.

Ad primum argum. principale

Ad primum igitur argumẽtum rñdetur, ꝙ & ſi largo mõ præcepti appellationi prohibitio ẽt ſupponatur. eo qđ ceſſare a malo ꝙ prohibitio curat, inchoatio eſt boni,quo ꝑceptio tendit, nihilominus clarioris explanationis gr̃a diſtinguuntur.

Ad ſecundũ.

Ad ſcđm rñdetur, ꝙ conſulere cum vim non habeat coerciuam,non habet rõnem legis, & ideo non eſt proprium principis munus, ſed cuiq; priuatæ perſonæ cõpetere põt. Quare ineptè Accurſius ſuper eandem legem, Legis virtus adnotauit conſulere eſſe quintã virtutem legis, oculatius enim Bart. id negauit Apparentior aũt rõ ſuaſiſſet quintam virtutem legis eſſe præmiare.

Solon. Democritus.

Nã ut Solon & Democritus aiebãt duo diuina lumina cũcta gubernant, præmium ſcilicet & pœna. Quod Iuriſconſultus l. 1. de iuſtitia & iur. conſultiſſime animaduertit.

Prima rõ quare punitio potius legis opus quã remuneratio.

Et rõ naturalis eſt ꝙ ut auctor eſt Ariſt. Ethi. 10. duob. hoĩes maxime afficiuntur, ſ.uoluptate & dolore quare ex vna parte alliciendi ſunt hoĩes præmijs,ex altera terrendi ſupplicijs. Attamen ꝓꝑea punire potius legi tribuitur quam pręmiare, ꝙ punire coactiuã uim habet, quę idcirco ſoli principi conuenit. præmiare vero non eſt cogere, & ideo priuatis ẽt perſonis cõceditur.

Secunda ratio.

Tametſi & alteram poſſimus cauſam ſubijcere, ꝙ virtus honeſtatis gr̃a eſt perſuadenda, ꝙ ſatis eſt ipſa ſui ipſius præmium,pęna autem prauis eo neceſſaria eſt, qđ cum ſint voluptatib.mancipati, contrarijs doloribus ſunt arcendi.

Ad tertium argum.

Ad tertium autem argumentũ iam ſupra rñſum eſt, ꝙ etſi metus pœnæ non ſit ſimpliciter virtus, eſt tamẽ(ut ait Auguſt.)ueluti ſeta quæ amoris filum inducit & ideo expedit timore pœnę corruptos homines & a tramite deuios in viam retrahere, ut inde virtutum aſſuetudine earum officia illis dulceſcere incipiant. Prætereà quando perditis illis qui ſupplicia perpetiũtur nihil ſoluta pœna proderit, cedet tamen in aliorum commodum, qui illius admonitione temperatiue viuent.

## QVAESTIO III.

## DE LEGE AETERNA.

S.Tho. 1. 2. q̃uæſt. 93.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum lex æterna a naturali humanaque & diuina diſtinguatur.*

COnſtitutis legis definitione, effectu & actu,debita ſeries poſcit vt de legũ diuerſitate dicamus. Arguitur autẽ a parte negatiua, ꝙ non ſint quatuor legum ſpecies, quas doctores connumerant, ſ. æterna,naturalis,humana,& diuina.

Prima rõ ad labefactãdã partitionẽ legis.

Lex idem eſt quod ius, ius aũt non diuiditur niſi in naturale & poſitiuũ,ut lib. 3.q.ſtatim 1.videbimus. Vnde cũ ius poſitiuũ diuidatur in ius gentium & ciuile,hæc tãtum tria diſtinguuntur iura. ſ.naturale, & gentium, & ciuile,vt eſt uidere Inſt.eod. tit. & ff de iuſt. & iure & in Decret.diſt. 1. Non ergo quatuor ſunt legis ſpecies.

Secunda ratio

Prȩterea eſt & lex fomitis q̃ Paulus (ut ſupra citauimus ad Ro.7.) appellat legẽ membrorum repugnantẽ legi mentis noſtræ, plures ergo ſunt quã quatuor.

Sapiẽs.

In cõtrarium eſt quod ait Sapiens, Prouer.8.de lege æterna, quæ ſapiẽtia Dei eſt. Dominus poſſedit me ab initio uiarum ſuarũ, antequam quidquã faceret a principio,ab ęterno ordinata ſũ. Et infrà. Quando legẽ ponebat aquis, cũ eo erã cuncta componens.

Paulus.

Et de naturali ait Paul. ad Roma. 2. Gentes, quæ legem non habent,naturaliter quæ legis ſunt faciũt. Et de humana ad Ro. 12. Omnis ani-

ma poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit.

Hiere.

Et de diuina Hieremias 31. Dabo legem meam in uiſceribus eorum & in corde eorum ſcribam eam.

Pro quæſtionis huius intellectu recolẽdum eſt diſcrimen illud quod capite huius libri adnotauimus interius acceptum pro lege quę eſt iuſtitiæ regula, & acceptũ pro iuſto quod eſt eiuſdem virtutis obiectum. Hoc.n. ſuppoſito facile ad præſentẽ quæſtionem duabus concluſionibus reſpõdetur.

Prima conclu.

Prior eſt: Quatuor ſunt legis ſpecies, quę in titulo quæſtionis proponũtur. Lex enim (vt ſupra exponẽtes dicebamus) nihil aliud eſt quam regula & præceptio prudentiæ, per quam q curam gerit Reipublicę illam gubernat & adminiſtrat, gubernatorũ autem primus ſupremusq. eſt Deus, unde omnis poteſtas deriuat̃. Secũdus vero homo q eius miniſter eſt, perq. eius auctorictatatẽ inſtitutus, ergo ſecũdũ conditiones & modus gubernandi tam in Deo, quam in homine rimãdus eſt ſumẽdusque legum numerus. Quod autem hac ratione quatuor diſtinguant̃ legis ſpecies, ſic patet, Deus in primis vniuerſalis gubernator, ab æterno uniuerſorũ ordinem ac diſpenſationem & regimen mente concepit, cuius conceptionis inſtar leges omnes conſtituendæ ſunt, illa ergo ordinatio & p̃cep io lex æterna ſecundum naturam ſuã nuncupatur. Mox quia idem Deus auctor eſt naturæ ſingulis reb. ſuos indidit inſtinctus & ſtimulos, qbus in ſuos fines agerentur, ſed homini præcipue naturalem normam mente impreſſit, qua ſe ſecundũ rationem, quæ illi naturalis, eorum ſcilicet atque hęc ex lex naturalis, eorum ſcilicet principiorum q̃ abſque diſcurſu lumine naturali per ſe nota ſunt, ut id facias alijs quod tibi fieri uis, & ſimilia Deinde & eidem hominem facultatẽ tribuit, & pro tẽporum, locorũ, ac negotiorum qualitate per eandem legem naturæ quas alias expedire iudicaret, ratiocinando conſtitueret, q̃ ideo leges ab anctore ſuo humanę nuncupantur. Attamen quia nõ ad finem tantum naturalem, q eſt pacificus, quietusq. reipublicæ ſtatus, conditi ſumus, ad quem finem prædictæ leges ſufficerent, uerum & ad ſupernaturalem fælicitatẽ creati, aliam Deus nobis inſuper poſuit, ſupernaturalẽ legem tam ueterem ſcilicet quam nouã, quæ ad illum ſupernaturalem ſ nẽ nos p̱duceret. Et hæc eſt lex diuina. At quia de horum ſingulis ſeorſum p̃ſpicacius facturi ſumus ſermonem, ſatis eſt hic numerũ explicuiſſe.

Secunda conclu.

Adhibetur tamen ſecunda cõclſio, quæ ſuperioris corollarium eſt Nõ eodem modo ſpecies iſtæ legum differũt, æternæ enim differt ac cęteris tribus, qđ ipſa fons illarum eſt & origo, nõ vtique lata, ſed ferens, nõ impreſſa, ſed imprimens, non deniq. alterius participatio, ſed lux, cuius aliæ sũt participationes. Reliquę vero inter ſe hoc diſtant, quod lex naturalis, eſt impreſſio facta in ipſa creatiõe naturę, lex vero humana, eſt regula ab homine, poſita p̱ facultatẽ ſibi diuinitus collatam, lex uero diuina, eſt lumen infuſum homini, quam ideo Hieremias vocat legem ſcriptam in cordibus. Igitur quamuis lex ęterna, diuina etiam ſit, differt tamen a diuina poſitiua, quod illa in Deo ab æterno exiſtit, hæc vero in nobis ex tempore.

Ad primum argumen.

Reſpõſio ergo primi argumenti ex his quę dicta sũt facile colligitur. Etenim qa ius pro eo quod eſt iuſtum, æqtas illa eſt, quæ in temporarijs rebus conſtituitur, nullum eſt ius hoc modo æternum, licet ſit lex æterna. Iuſtum autem hoc aut cõſtituitur a rerũ ipſa natura, in qua lex naturalis verſatur, vti mutuum aut depoſitum reddere aut conſtituitur a lege poſitiua. Et hoc appẽllat Ariſt. 5. Ethi. iuſtum legale, ſcilicet quod antea nihil referebat, ſed poſtquam poſitum eſt refert. Huc autem legitimum iuſtum aut a lege humana inſtituitur aut a diuina, de qua neq. Iſidorus initio Decretorum, neq. ius ciuile meminit. Et ideo non dignoſcunt niſi ius naturale & humanum, quod in ius gentium & ciuile ſubſecatur.

Ad ſecundum argum.

Ad ſecundum reſpõdetur, legem fomitis non eſſe proprie legem, ut quæ ſua pte natura rationi non ſubditur, neque eſt in mente ſed in membris. Dicitur autem per metaphoram lex, quia inclinat in ſenſualia obiecta, de qua articulo tertio lati⁹.

### ARTICVLVS. II.

*Vtrum lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens.*

Lex æterna.

REſtat ergo ad ſingulas legis ſpecies deſcendere. Et primo in hoc ſecũdo articulo exponitur æterne ſubſtantia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtãtia & natura, an videlicet ſit rõ ſumma in Deo exiſtẽs. Arguitur ergo, primis, nullam eſſe legem æterna. Lex enim illis ponitur, quibus promulgatus, nulli autem æterni fuere homines, quibus aut poneretur, aut promulgaretur, ergo.

Argu. 1. a parte negatiua.

Pręterea lex importat ordinẽ in finem nihil ãt æternũ ordinari põt in finẽ, quia referri nequit in aliud, ergo nulla eſt lex ęterna. Tertio arguitur, nõ exiſtere ĩ Deo. Si lex ulla æterna ẽ in Deo, idẽ eſt ꝙ rerũ rõ, rõnes autem in ipſo nõ una, ſed plures ſunt, dicenti li. 83. q. Aug. ꝙ Deus ſingula feci proprius rõnib. ergo lex æterna non eſt una. Vel negãdũ eſt idẽ eſſe in Deo ꝙ rõ. In cõtrariũ & Aug. li. 1. de lib. arb. ubi ait, lex quæ sũma rõ noĩaṫ, nõ põt cuipiã intelligẽti nõ incõmutabilis æternaq. uideri, cui ſemper obtẽperandũ eſt, æternũ aũt & incommutabile in ſolo Deo exiſtit.

Argu. 2.

Auguſt.

Ad iſtã qõnẽ hac unica cõclõne rñdeṫ, quã Aug. modo citatus affirmat. Scilicet æternã legẽ, eſſe rõnẽ ſummã in Deo exiſtentem. Eandẽ quippe S. Th. 2. 2. q. 93. lucide, ut pleraq. oĩa, hoc pacto demõſtrat. Deos ut auctorẽ primus omniũ, ita, & uniuerſorũ ſumus gubernator in artifice aũt neceſſariũ eſt rõnem ordinis rerũ faciẽdarũ præformari, quæ ars ſeu exẽplar eſt, & ĩ gubernatore rõnẽ quoq. præexiſtere eorũ quæ agenda ſunt, quæ ſit ueluti oĩũ regula & norma, ergo in Deo neceſſe ẽ & rerũ oĩum creandarũ faciendarũq. ſapiẽtiã extare & omniũ ẽt gubernandarũ regulam. Atqui ut ſapiẽtiæ rõ, qua cuncta creat, rẽ nomenq. hẽt artis & exẽplaris & id earum ita & eiuſdẽ ſapiẽtiæ rõ quæ cuncta ĩ ſuos debitos fines ordinat, diſponi promouet, rõnẽ legis obtinet. Igiṫ cũ lex (ut ſupra dictũ eſt) nihil aliud ſit q̃ dictamẽ rõne practicæ ĩ Prĩcipe quia cũcta ſibi ſubdita gubernat, fit ut lex æterna in Deo nihil aliud ſit, q̃ ſempiterna rõ ſuæ ſapiẽtiæ, qua mũdi uniuerſiatẽ legit. Etenim uti ſua ſubſtãtia & natura, ſic, & qcqd attributorũ ĩ ipſo exiſtit ęternum eſt, ut ipſa de ſe ſapientia Prou. 8. prędicat. Ab ęterno ordinata ſũ, & ex antiquis antequã terrã fieret, &c. uſq. adeo hæc fuit ſemper cõclõ, lumine ẽt naturali reſplẽdẽs, vt ipſis ẽt Philoſophis innotuerit vñ Cicero lib. 2. de legib. Hanc, inquit, uideo ſapiẽtiſſimorũ eſſe ſniam, lęgẽ neq. hominũ ingeniũ excogitatã, neq. ſcitum eſſe aliqd' populorum, ſed æternũ quiddã, ꝙ uniuerſum mundũ regeret, imperandi prohibendiq. ſapientia. Ita principe legẽ illã, & ultimã mentẽ eſſe dicebant oĩa rõne aut cogentis aut uetantis Dei, ex qua uilla lex (nãlem adnotat) q̃ Dij humano generi dederunt, recte eſt laudata. Hęc ille. Ex hac conclõne fit cõſequẽs nõ conuerti legẽ ęternã ac diuinã, q̃ uocant poſitiuã, ut articulo proximo expoſitũ reliquimus. Qualis fuit tam Moyſi q̃ Euãgelica.

Conclõ rũſiua.

Elegans ratio S.Th. ꝓ concluſione.

Cicero.

Dedu-ctio.

Ad primũ igitur arg. rñdetur, rõnẽ illã, quæ lex eſt, ab æterno extitiſſe in Deo, ſola ſ. rõne ab eius ſubſtãtia differentẽ, qua futura cuncta, ut ſibi p̃ſentia inſpectabat. Etenim ut ad Ro. 4. Apoſt auctor eſt, uocat ea quæ nõ ſunt tanq̃ ea quæ ſunt. Promulgatio aũt eius & uerbo præcellenti ordine, & ſcripto fit. At qm̃ promulgatio, & loquutionẽ denotat promulgantis, & ſubditorũ auditũ nõ prioris æterna fuit, nẽpe diuinũ uerbũ expreſſa mẽtis cõceptione gentiũ, & liber uitæ ſempiterna quoq. mẽte cõſcriptus. Rõ uero poſterioris eſſe nequiuit niſi ꝑ talis, nã æternus nemo fuit q audiret. Cępit ergo lex illa innoteſcere in mundi primordio per legẽ naturalem, & antiquia patribus præſcriptã, ac deniq. nobis per Euangelicã quam Verbũ ipſũ, homo factũ, nobis ꝓmulgauit. Ex hoc fit cõſequẽs, legẽ ęternã ſolis poſt Angelos hominib. eiidemq. uniuerſis eſſe notã, illis, ſ. fœlicibus cœlicolis per eſſentiã, quã facie ad faciem intuentur, nobis ãt per irradiationẽ, ſicuti ſol uṙ in aula, eandemq. plus minuſue ſuſceptã Nulli. n. mortalium exiſtunt quib. non cognitio quæpiã ueritatis effulgeat, ueritas autẽ oĩs (ut libro de uera relig. auctor eſt Aug.) irradiatio quædam eſt & participatio legis æternæ, omnibus ergo eſt, licet gradibus inęqualibus, nota. Et per hæc cõcordia cõciliatur inter illud Pauli. 1. ad Corin. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſp̃us Dei, atq. alterũ ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Diuinorum. n. cognitio in ſeipſis ſoli Deo propria eſt & beatis quibus ipſe preſens refulget, nobis autem eandem donatur ęternam legem per effectus conſpicere. Nemo autẽ pręter ipſum põt ea cõprehendere. Quare de iſto compre-

Ad primũ arg.

Corollarium.

Auguſt.

Conciliantur duo. Pauli loca.

prehẽſario iudicio loquebatur eodẽ libro
de uera relig Aug. ubi aiebat, Lex æterna
eſt de qua homines iudicare non poſſunt.
Ad ſecũ dum. Sunt. n. iudicia eius (vt ait Paulus) incom-
prehenſibilis abyſſus. Ad ſcd'm aũt princi
pale argm̃ rñdetur nõ eſſe legi neceſſariũ
in finẽ alium referri, ſed vt per ipſam ſub
diti referantur in finem. Lex ergo æterna
non refertur, ſed per ipſam Deus cuncta
Ad tertium. quæ fecit in ſeipſum refert, qui eſt A. & O
principium & finis. Ad tertium deniq. re-
ſpondetur ꝙ ſicut in Deo ars factibiliũ ra
tione differt ab æterna lege, qua agibilia
gubernantur, ſic & rõnes rerum quæ ſunt
ideæ hoc eſt exẽplares formæ, quas diuina
mẽs cõtuetur in rerum fabrica, ab eadem
æterna lege rationẽ differunt. Eſt ergo lex
una, rõnes uero iſtę de quibus Aug loque
batur, tot quot ſunt rerum ſpecies. Diffe-
runt. n. rõne in ordine ad ipſarũ effectus.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum leges uniuerſę ab æterna promanẽt.*

Prima rõ ad ꝑtẽ negatiuam. CONſequitur hoc tertio articulo, vt ui-
deamus utrum leges reliquæ omnes
ex hoc fonte luminum deriuetur, & argui
tur a parte negatiua. Eſt lex fomitis quã
Paulus. (vt ſupra audiuimus) ait Paul. repugnare
legi Dei, ſuntq. & iniquæ hominum leges
de quibus Eſai. 10. Væ qui condunt leges,
Eſaias. iniquas. Leges ãt legi æternę aduerſantes,
atque ab illa deflexæ nequeunt ab illa de
riuari ergo non omnis lex ab æterna de
Secũda ratio. riuatur. Scd'o arguitur. Leges humanę (vt
1 deliber. arb. auctor eſt Aug.) multa per-
mittunt quæ æterna lege prohibentur, vt
meretricia & mendacia, ergo eiuſmodi le
ges nõ poſſũt ab illa emanare. In cõtrariũ
autẽ eſt illud Prouerb. 8. Per me Reges re
gnant, & legũ conditores iuſta decernunt.

Ad qõnẽ, hac ueriſſima eademq. lumi-
Satisfi. qõni agi tatę unica cõclu ſione. ne naturali cõpertiſſima cõcluſione rñde
tur. Oĩs in uniuerſum lex præter, æternã,
qua rõne iuſti quippiã cõtinet, ab illa æter
na deriuatur. Aſſertio eſt Aug. eod. lib. 1.
de liber. arb. ubi ait, Nihil eſt iuſtum ac le-
August. gitimũ qd' nõ ex ęterna lege homines de
riuatur. Atqui natiuam huius cauſſam par
tim ſuperiori queſtione articulo de legisla
toribus attigimus, & nũc emunctius expri
mamus oportet. Eſt. n ordo in natura cauſ
ſarum ita diſpoſitus ut inferiores non niſi
ſuperiorũ uirtute admotæ moueãt. Vnde
Ariſtot. (vt 8. Phiſic. auctor eſt Ariſto.) neceſſe eſt
Rõ conclusiõis. primum motorem cõſiceri a quo inferio-
res reliqui depẽdeant. Si enim primus nõ
moueret, reliqui neutiquam mouere vale
rent. Eundẽ ordinem & 1. Ethi. inter artes
oſtendit. Illam quę maxime eſt architecto
nica reliquis ueluti Princeps imperat, igĩ
in legib. quibus mundus gubernatur, idẽ
eſt ordo meditandus & confitendus. Nẽpe
ut eorum ſit una ſuprema q̃ caput earũ ſit
& origo. Hanc ãt appellamus (ut ipſa eſt)
Quæſtio Rño ſi. æternam. Quod ſi ſciſciteris an eo præciſẽ
dicatur æterna, ꝙ neque initium habuit,
neq. habitura ſit finem? Reſpondetur nõ
idcirco ſolum, uerũ ob hoc maxime ꝙ nul
la ſit rõne mutabilis, nec ulli uarietati ſub
iecta, ſed ſicut in naturalib. primus motor,
qui immobilis eſt, cauſſa eſt motuum ſub
ſe lõge differentium, ſic lex æterna, immo-
ta perſiſtens, cauſſa eſt vt mortaliũ leges,
eorum uariabili cõditione mutata, permu
tentur. Ipſa. n. uniformis ac maxime una
iuſſit vt natura integra, oĩa eſſent commu
nia corrupta uero, iter diuerſos dominos
Obiectio. diſtribuerentur. Quo fit ut lex hęc a nulla
ſit alia deriuata, nec uero a ſeipſa, talis n.
aſſertio ſecũ pugnaret. Quod ſi qs arguat
contra, non omnem legem ab illa deduci,
nam lex diuina puta Euangelica nõ appa
ret quomodo inde deſcẽdat, cum non ui-
deantur eſſe duæ. Iã proximo articulo re-
Solutio. ſponſum eſt, diuinam poſitiuam, eſſe effe
ctum ac participationẽ illius æternę. Ob
id. n. dicitur poſitiua, ꝙ poſita eſt nobis,
hoc differens a naturali, quæ eiuſdem æ-
ternę eſt etiam participatio, qd' naturalis
ordinat nos proxime ad finem naturalẽ,
diuina uero ad ſupernaturalem, ut paulo
inferius euidentius fiet.

Ad primum igitur arg de lege fomitis
Ad primũ arg. quam Pau. exiſtere in membris ait, legisq.
mentis repugnare, iam ſupra diximus exi
ſtere in ipſis, nõ tãquam in regulante, ſed
tanquã in ſubiectis naturali appetitus in-
clinationi. Quę dicitur lex fomitis ſeu fomes
ex priuatione iuſtitiæ originalis dereli-
ctus, qui quidem nihil aliud eſt q̃ ſenſuali
tatis pondus. Bifariã namq. inclinatio ali-
qua dr̃ lex. Vno modo inquantũ per ipſã

directe

directe legiſer promouet ſubditos in finẽ honeſtum, atq; altero modo inquantum in pęnam eos deſtituit permittitq; naturæ impetu ferri. Vnde ille sẽſualitatis inſultus in ſua obiecta, quæ brutis animalib. eſſet naturalis, lex nempe naturæ ſuæ conſonans, hominibus eſt obliquitas ac deflexio naturæ ſuæ quatenus eſt rõnalis, cui quidem rationi motus ille recalcitrat. Et quia per iuſtitiam originalem idem ſenſualis appetitus quaſi fræno continebatur, ne a rõne exorbitaret, & eãdem iuſtitiam homo per pctm̃ amiſit, ac ſubinde à Deo deſtitutus eſt dr̃ inclinatio illa, fomes ac fauilla ignei peccati, atq; adeo diſtorta lex per quam ſimilis beſtijs factus eſt homo, ſm̃ illud Pſalmi, Hõ cum in honore eſſet nõ intellexit,

Ad ſecũdum.

comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, hoc eſt ſenſuali legi ſubiectus, quæ illi cum beſtijs cõis eſt. Vt ergo ad argm̃ adaptetur rñſio, diſtinguitur prior præmiſſa. Conceditur inquam fomitem peccati eſſe legẽ, non directe inclinantẽ in verum bonum, ſed in id quod eſt ſenſuale bonum, hoc eſt, quod eſt delectabile, aut vtile. Et pariter diſtinguitur cum ſubſumitur, non deriuari a lege æterna, fatemur id inquam quatenus a rõne deuiat, negatur uero quatenus inclinat in bonũ qđ piam. ſ. ſenſuale. Ac præcipue qua ratione eſt pęna peccati, nam intẽtio Dei fuit per illam deſertionem liberi noſtri arbitrij punire pctm̃ Adæ. Ad ſm̃ eodem prope mõ rñdetur. Leges. n. iniquæ quatenus a ratione declinant (vt 2. de legibus, ait Cicero) non modo leges habendæ non ſunt, ſed nec appellandæ quidem. Quare hac ratione ab æterna non emanant. At uero quatenus nõnihil ſimilitudinis legis retinent, videlicet inquãtum poteſtatem imperandi deſignant quodammodo influxus ſunt diuinæ poteſtatis Nam (vt ait Paulus) Omnis poteſtas a Domino Deo eſt. Vnde, vt q. 6. & latius li. 3. q. 4. innoteſcet. Et poteſtas infidelium principum a Deo deriuatᷣ iuxta verbum Chriſti ad Pilatum. Non haberes aduerſum me poteſtatem vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Ad tertium deniq;

Ad tertium.

reſpondetur, ꝙ lex humana quæ malum permitteret approbando vt bonum, vt illa quæ fornicationem pronuntiaret eſſe bonam, nequaquam ab æterna deflueret. Illa autem quę impune eam permiſit, quia omnia non poteſt coercere flagitia, in hoc quod non conatur ad id quod perficere nequit, recta ac prudens eſt, atque ideo a lege æterna deſcendit, licet eam tanquam debilior perfecte non adæquet.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum creata cuncta, tam neceſſaria quam contingentia æternæ ſubijciantur legi.*

Reſpõdetur. Hactenus nullum eſſe diſcrimen, differt tñ, ꝙ ſpeculabilium neceſſariorum ignorantia accidit ob defectum doctrinæ, ſcilicet, quia nõ didiciſti, ignorantia uero in practicis contingit (vt dictum eſt) ex praua conſuetudine rationem obtenebrante. Ex his fit conſequens poſtrema concluſionis particula, nempe ꝙ quanto concluſiones practicę magis ad particularia coaptãtur, minus innoteſcunt. Patet exemplo. Ex illo principio. Id ne facias alijs, quod tibi non vis fieri proxime infertur mãdatum illud Decalogi. Non mœchaberis, nam id fieri non poteſt ſine coniugis iniuria. Si tamen rem arctius ꝑſtringas, uidelicet, Nec ſimpliciter fornicaberis, hoc licet illi pariter prohibeatur, tñ quia non habet connexam iniuriam, nõ eſt tam vniuerſaliter notum, quin inter gentes incultas licet non peſſime inſtitutas, ignorari queat. Imò neſcio an apud aliquos barbaros fidei nr̃æ inſcios ignorãtia eſſe poſſet prorſus excuſatoria. Similiter ex eodem principio palã ſequitur. Non falſum teſtimonium dices, ꝙ cum iniuriam vetet, omnibus eſt cõpertiſſimum. Si autem ſtrictius inferas. Neq; vllum proferas mẽdacium, non eſt ita notum. Immo iuuenies in plebe, qui putant iocoſum & officioſum nullam afferre culpam. Atque hęc eſt ratio ob quam omnes prohibitiones ſecundæ tabulæ, quo patentiores eſſent, illorum ſint expreſſe criminum, quibus iniuria proximis irrogatur. Tametſi vt homicidij nõie omnis læſio prohibetur, ſic & nomine adulterij omnis turpitudo, & nomine falſi teſtimonij omne mẽdacium. Præceptorum autem decalogi ignorantia nulli mortalium excuſari vnquam potuerũt, etſi ſua ſcelera ſuco aliquo linirent. Sicuti illi qui religionis gratia cõtra interdictum homicidij humana cæde cogitabant Deos ſuos placare ac uenerari. De quibus Pſal. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dęmonĩs.

Cicero.

Et Cicero in oratione quadam cõmemorat ſua ętate Gallicas gẽtes eodem ritu pollutas, eademq; feralis immanitas fertur & populis Noui orbi eſſe ſolennis. Dæmones enim humani generis hoſtes illa cęcitate homines dementãt, vt humano ſanguine ſuam expleant inuidiam. Et Iulius Cæſar. lib. 6. de bello Galli. narrat olim apud Germanos latrocinia nullam habuiſſe infamiam quæ extra fines cuiuſque ciuitatis erant. Sed tamen facinori obtendebant ꝙ iuuenes illo exercitio deſidiam & torporem excuterent, belliſque ſe gerendis appararẽt. De his autem in præſentiarum ſatis.

Cæſar.

Ad primum igitur argumentum rñdetur non eſſe Gratiani uerba ſic truncare legenda, Ius naturale eſt qđ in lege & in Euangelio continetur. Ac ſi doceat quicqd eſt in Euangelio ad ius naturale pertinere. Sed iunctum cum verba ſequentib. Ius naturale eſt quo quiſque iubet id facere, ꝙ ſibi vult fieri, &c id quod in Euangelio continetur, vt verba hæc parẽteſis, ſint docens ius naturale plene in euangelio cõtineri, non tamen id ſolum, ſed & ius inſuꝑ diuinum.

Ad primũ arg.

Ad ſecundum ꝙ eſt Ariſ. iam reſponſum. Non quidem principia naturæ, ſed concluſiones nonnuuquam deficere.

Ad ſecũdum.

Ad tertium autem conceditur inclinationes naturæ quæ homini cõpetunt, inquantum ſenſibili animali, ad legem attinere fomitis, hoc eſt appetitus ſenſitiui originali iuſtitia deſtitui. Si autem conſiderentur quatenus hominis ſunt propriæ, tũc legi naturæ ſubduntur, puta rationi, cæterarum potentiarũ moderatrici, quæ cũctos affectus debet intra ſuas lineas continere.

Ad tertium.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum lex naturæ mutari abolerive poſſit.*

POſt hæc facile eſt hoc quinto articulo duo perſpicere quæ ſuperiorũ corollaria ſunt, nẽpe, utrum lex naturæ aut mutabilis ſit, aut ab humana mẽte ei adicabilis. Arguitur, ergo ꝙ ſit mutabilis. Legitur enim Eccleſiaſt. 17. Addidit eis diſciplinam, & legem uitæ vbi circunſcribitur gloſſa, legem ſcilicet literæ quãtum ad correctionem legis naturalis. Et Iſidorus lib. 5. (quod eſt diſt. 1. c. ius naturale.)

Primũ argu. a parte negatiua.

ait

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ait cõem omnium poſſeſſionem & libertatem eſſe de iure naturæ, cum tñ iam iure gentiũ, tum rerum diuiſio, tum ẽt ſeruitus inducta in orbẽ ſit, eſt ergo lex naturę mutabilis. Sed & ꝙa noſtris cordibus auelli

Tertiũ,

poſſit, arguit̃ primo ex his quæ dicta sũt. Multę n. fuere gentes adeo haberes & morũ prauitate labefactæ, ut leges naturæ cõtrarias ediderint. Vnde ſuper illud ad Ro. 2. Cũ gentes quæ legẽ non habent, &c. ait gloſſa, ꝙ in interiore homine per gratiã innouato lex iuſtitiæ inſcribitur, quã deleuerat culpa. Et quarto arguit̃ Lex gratię, efficacior eſt q̃ lex naturæ, gratia vero deletur per culpã ergo multo facilius deleri poteſt lex naturæ. In contrariũ aũt eſt decretũ Gratiani diſtinctione quinta, capite primo ius naturale non variat̃ tẽpore, ſed immutabile ſemper permanet, & ſentẽtia Auguſtini ſecundo libro Confeſſ. Lex tua ſcripta eſt in cordibus hominum, quã nec vlla quidem delet iniquitas.

Tẽtatur alterum mẽbrũ quæſtionis duobus argumentis.
Gloſſa.
Quartũ argum.
Gratianus.
Auguſt,
Diſtinc.

Ad hanc quæſtionẽ facillima eſt per diſtinctionem reſponſio, ſuppoſito. n. primo interuallo, quod inter principia, eorumq; concluſiones interiectum eſt, biſariam lex naturæ cenſeri poteſt mutabilis. Vno modo per additionem, quæ ei fiat, atque altero per diſtractionẽ. Statuitur ergo prima

Prima concl.

concluſio. Nihil vetat legem naturæ priori modo eſſe mutabilem. Adiecta. n. eſt illi lex diuina tam uetus quam noua duobus præcipue commodis. Vno. ſ. quia iam obſcurata erat in mortalium mentibus & caligine obducta, vt innouaretur. Nempe vt cõſtaret non ſolum externus actus, uerũ & internos eſſe ad legis norma cõponẽdos, neque ſolum iura natura amicis deberi verum & inimicis. Altero, ut ea cõſilio quæ illi deerant, ſupplerentur. Et hoc eſt quod gloſſ. Eccl. 17. in primo argumento citata appellat correctionem legis naturæ, quæ facta eſt per legem literæ. Secunda cõclu-

Secũda cõcluſ.

ſio. Lex naturæ non eſt quantum ad prima principia poſteriori modo mutabilis, vt. ſ. quod prius fuit legis naturæ deſinat eſſe talis iuris. At uero quantũ ad ſecunda præcepta, quæ ſunt uelut proxime concluſiones, licet primũ immutabilis ſit, poteſt nihilominus quandoq; ſed raro mutari ꝓpter humana impedimenta ut articulo ꝓximo expoſitum eſt. Nam & circa neceſſarias concluſiones ſpeculabilium cõtingit ob mentis lippitudinem nonnunquã hallucinari. Q[uo]circa mutatio hæc non tam in lege ſit, q̃ in rebus ipſo, ueritas. n illius generalis præcepti, Depoſitum reddendũ eſt, aut illius fides ꝑmiſſa cuſtodiẽda, non mutatur niſi mutatis reb. ex quarũ mutatione cõtraria naſcitur ueritas. Quoniam & hæc lex. Eſus carnium uiniq; potus ſalubris eſt hoĩb. ob id particulari mutatur, ꝙ homo febri correptus eſt, cui talis victus nocuus ſit Vnde Ariſt. 5. Ethic. c. 7. Ius, inquit naturę, immutabile eſt, ſicuti ignis vbique vrit, quod de primis principijs intelligit, de concluſionib. aũt ſubdit, poſſe mutari, non tñ apud Deos, qui immutabiles ſunt, ſed apud nos, qui mutari poſſumus. Quo ſit leges triumphantium in regno cęlorum nullatenus mutari poſſe, ꝗa neque fęlices illi mutantur. Auctoritas aũt Iſidori non ſic intelligenda eſt, ut libro 3. q. 3. dicturi ſumus, ac ſi cõem poſſeſſionem pręcipiat, aut ſeruitutẽ interdicat, alias ius gẽtium non potuiſſet tales leges reuocare, ſed dicuntur hæc negatiue de lege naturę quia illa nec diuiſionẽ fecit, nec ſeruitutẽ

Tertia cõcluſio

iuſſit. Reſtabat hic tñ tractare, an huiuſmodi præcepta naturæ ſint diſpẽſabilia cuius nimirum inde cõiecturæ fiũt, ꝙ Deus Abrahæ necem filij præcepit, & Oſeæ ut fornicaretur, & filijs Iſrael ut deprædarentur Aegyptios, hæc aũt dubitatio inferius. q. 1. art. 8. propriam habitura eſt ſedẽ. Tertia cõcluſio ſimilis eſt huic proximæ. Lex naturæ quãtum ad prima principia & præcepta, non poteſt ab humana mẽte ſtirpitus eradicari. Poteſt tñ, licet non plurimũ, ſed raro quantum ad concluſiones, & ſecunda præcepta in aliquibus hominibus deleri. Cõcluſio non alio indiget teſtimonio quam ꝗa ſuperioribus petitur. Poſſunt. n. barbari tanta morũ vitioſitate peruerti atque errorum peruerſitatibus offuſcari, ut pro peccatis non ducant, quæ lex naturæ uetat. Neque id ſolum in concluſionibus, quæ lõge a principijs diſtantur eſt officioſum mendacium & ſimplex fornicatio, verũ & in his quoq; quæ propinquiores, ſubindeq; lucidiores exiſtunt. Sunt. n. (ut a fide dignis accepimus) te pti iter illos mortales. Noui orbis qui nefandam turpitudinem contra naturam non ſolum impune

Suadetur concluſio.

permit-

permittebant uerũ nulla culpa denotabãt. Qua utique rõne fieri poteſt vt reſpublicæ & princi pes leges contra natura inſtituant ſ͠m verbum Iſaiæ. Væ qui condunt leges iniquas. Et ſ͠m hoc intelligenda eſt illa gloſſa ad Rom. 2. quæ ait culpam deleuiſſe legem iuſtitiæ ab infideliũ cordibus. Reſtant ergo duo ſuperiorum argumenta ſoluta.

Ad tertiũ arg. pricipale.

Ad tertium autem reſpondetur, quòd etſi gratia ſublimior ſit atque efficacior, quam natura, non eſt tamen nobis ingenita, & innata, atque adeo neque tam penitus infixa, & ideo facilius per culpam noſtram eradicatur, quam lex naturæ.

## QVAESTIO V.

### DE LEGE HVMANA in genere.

### S.Thom. 1. 2. quæſt. 95.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum præter legem naturæ neceſſariæ nobis fuerint humanæ.*

TERTIVM legum genus eſt humanarum, de quib. maiores extant diſputandi rationes, q̃ritur ergo primo, an præter legem naturalem neceſsariç ſint etiam humanæ? Et arguitur a parte negatiua. Primo, quia (vt Augu. quẽ ex 1. de libero arb. q. proxima citauimus, ait) per legem æternam ſufficienter omnia ſunt ordinatiſſima, illa autem ſatis abundeq́; nobis per naturalẽ cõicantur, ergo humanç redũdãt. Sec͠do, lex mẽſura eſt (vt ſupra diximus) nrarum actionũ, rõ aũt non eſt rerum mẽſura, ſed ipſa potius rerũ natura, quã rõ inſpicit, (vt 10. Meta. auctor eſt Ariſ.) ergo cũ leges humanæ a rõne proficiſcantur, nõ habent legitimam rõnẽ legũ. Tertio mẽſura, qualis eſt lex, debet eſſe (vt ibidẽ Ariſt. docet) certiſſima, certitudo aũt humanæ rõni de reb gerendis, quæ ſingularia ſunt ac mutabilia, cõpetere non põt, ſec͠m illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nr̃æ, ergo a rõne humana nulla proficiſcitur lex. Quarto altera via arguitur. Eſto, humana rõ certa eſſe poſſet regula nrarum actionum, multo commodius reſpublica viua hoĩum uoce gubernaretur, q̃ poſitis legib. Eñ uero cũ iudex (vt 5. Ethi. c. 4. auctor eſt Ariſt.) ſit aĩatũ iuſtũ facilius congruentiusq. fieret ad illum recurſus, quam ad legem ſurdam & mutam. Nã cum actiones in ſingularium vſu conſiſtant, non poteſt humana lex (vt q ſeq. uidebimus) de oĩbus prouidere, ſingularesq. circunſtãtias, proſpicere, ut faceret ſua prudentia iudex. In contrarium autem eſt Iſidorus lib. 5. Etymol. c. 20. & refert inter decreta diſt. 4. vbi ait, factas eſſe leges vt earũ metu humana coerceatur audacia, tutaq. ſit inter improbos innocẽtia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenætur audacia, & nocendi facultas.

1. Argu. partis negatiuæ. Auguſt.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quartũ argum.

Ariſtot.

Iſidorus

Quæſtionis huius ſolutio facile ex ipſa rerum natura, & humana conditione colligitur. Rñdetur ergo duabus concluſionib. Vna eſt. Neceſſarium prorſus fuit præter legem naturæ alias humanas pro rerum uarietatibus, emergentibusq́; caſibus ac negotijs, condi Concluſio hæc ex duabus radicibus conſtat, videlicet & ex diſcurſiuo ingenio noſtro, & ex rerum indigentia. Enimuero ſicut in ſpeculabilibus, ſic & in practicis innata nobis uis eſt ex vniuerſalib. principijs & indemonſtrabilibus concluſiones deducere, eaſdemque in duplici dñia. Alias quippe neceſſarias demonſtramus, vt in Mathematicis, alias vero propter ineuidentiam conſequẽtia ſub opinione colligimus pro qualitate cuiuſq. ſcientiç. Pari modo in practicis ex primis principijs (vt dictũ eſt) præcepta Decalogi, quaſi neceſſarias concluſiones exprimimus, & ideo ſunt de iure naturæ. Sed tamen quia actiones noſtræ in ſingularibus verſantur, neceſſe eſt ex eiſdẽ principijs obſeruatus circunſtantij loci & temporis ad particularia deſcendere. Quapropter illæ regulæ hunc in modum conſtitutç, quia non neceſſario ex ſolis principijs naturalibus pullulant, ſed rationis adminiculo conſtituuntur, humanç leges nũcupantur. Vti ſunt leges, quæ in uenditionibus, & ceteris rerum commutationibus poſitç ſunt. ſine quibus genus noſtrum uitam nequiret tranſigere. Sed exurgat hinc quiſpiam fortaſſe aduerſus Dei, Naturçq́; prouidentiam Nunquid non prouidentius nobis fuiſſet conſultum, ſi lex ipſa naturç vſque ad ſingularia doceret nos omnia? Arguitur enim hoc fuiſſe conſultius, eo quod ratio affectibus ſepe obſcuratur cum tñ lex naturç ſemper ſit ꝑſpicua. Rñdetur omnia eſſe diſpoſita ſecundum naturam noſtram

Prima conclu.

Prim ratio.

Obiectio.

Solutio.

Sed'a rõ pro con cluſiõe.

Rationis.n.ingenium ac natura,eſt diſcurrere,& ideo ſapiens Deus Naturaq ſagax ſemina in nobis tantum poſuit,quæ rationis cultura uenirent ad frugem, Idque tam in ſpeculabilibus quam in practicis, uidelicet tam in artib.quam etiam in moribus. Hinc ergo ſecundo colligitur noſtra concluſio. Etenim ut quantum ad ſciẽtias creatus intellectus eſt cum principiorum lumine ex quib.ad diuerſas ſcientiarum prole & opiniones diſcurreret, diuerſaſq.artes in lapide,ligno,& lana aliiſq.materiis,nobis conducentes meditando excogitaret, nempe quib.ueſtimur,tegimur,nutrimur & oblectamur. Pari modo ( ut auctor eſt initium 2.Ethic.Ariſt.) ſemina uirtutum moralium in nobis iecit, quæ noſtra diſciplina & conſuetudine culta ad meſſem albeſcerent. Diſciplina autem morum potiſſima efficaciſſima eſt legum humanarum poſitio, ergo præter legem naturæ,quæ ſementem facit, neceſſariæ ſunt leges humanæ,quibus uberius proueniant ſegetes.

Tertia.

Tertio eadem concluſio comprobatur. Lex naturæ licet regula ſit morum uniuerſalis,non tamen pęnas adhibet compulſorias,quæ tamen hominibus pro ſtatu naturæ lapſæ neceſſariæ ſunt ergo præter legem naturæ operæpretium eſt pœnales leges adhiberi Doctrina eſt

Ariſtot. Probõ.

Ariſto. 1 o. Ehi.c.9.ubi ait alios natura, & alios conſuetudine,atq alios diſciplina fieri bonos. Natura quidem non eſt in noſtra poteſtate, ſed Dei dono quidam tales naſcuntur, quales uirtutum chorus genuiſſe videtur alii uero conſuetudine ſtatim ab infantia boni fiunt. Sed tamen diſciplina nõ omnes ſatis inſtitui poſſunt niſi illi tantum qui conſuetudine ſunt præmoliti. Sicuti nouale antequam excipiat ſemina, curuo opus habet aratro ergo aduerſus illos qui ad malum procliues ſunt,ad bonum uero duri ac proterui,qui.ſ.honeſti gratia adduci non poſſunt,neceſſarius eſt metus,ut ui cohibeantur a malo, & ſic aliis uitam quietã relinquant, & ſibi mens inquieta, metu cauere iubeat. Eſt.n.homo( cuius 1.Polit.c.2. auctor eſt Ariſtot ) ut perfectione ſuſcepta optimum cunctorum animalium,ita ſi alienus fiat a lege, & a iudiciis, omnium peſſimum. Sæuiſſima.n. eſt iniuſtitia tenens arma,homo uero arma tenet per innatã prudentiam, quæ ideo legibus diligenda eſt, metuque coercenda. Atq.hac de cauſſa ( vt q.1.diximus)leges condere non poteſt niſi uel reſpublica,uel qui eius fungitur auctoritate. Eademq. ratione natura hominem genuit ciuile animal,nempe ut in ſocietate legibus ſeptus uiueret.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argũ rñdetur quod etſi lex naturæ participatio ſit æternæ,haud tamen humana ratio totam uirtutem principiorum naturalium apprehẽdere poteſt, niſi,quæ ſua natura eſt,diſcurrendo. Haud .n.quæ in principijs uniuerſalib.deliteſcũt, ſimplici intuitu,ueluti intellectualis, Angelus,cernit,ſed ratiocinando aliud ex alio deducit. Ob idque ut in ſpeculabilibus æterno lumine, & ſic & in practicis æterna lege dupliciter illuminamur. Primum ſuſpiciendo generalia principia, ſecundo, ut diſcurrendo ex eiſdem principijs alias particulares leges eliciamus, quæ cum in eadem æterna lege præminente exiſtant, non ſatis per naturalem explicantur. Et hoc quantum ad uim directiuam legum. Sed & quãtum ad coerciuã eadem pene ratio eſt. Lex .n.naturæ malefactorum conſcientias exulcerat,corroditque & percellit,atq; ut ait ad

Paulus.

Romanos Paulus,cogitationib.ſatis accuſat, ut poſſent cordati homines metu illo perculſi,& turpitudinis horrore deterriti ſatis emendari Ait.nu 1.Confeſſio.Auguſti.

Auguſt.

Iuſſiſti Domine, & ſic eſt,ut pœna ſua ſibi ſit omnis inordinatus animus. At quia ſunt alii uſque adeo ſenſum uoragine ſubmerſi,ut non niſi quæ oculis obiiciuntur existimeſcant, accumulati debuerunt humanis legibus ſenſualia ſupplicia. Ob idque ait

Paulus.

Paulus iuſto non eſſe legem poſitam, nimirum quod lex natura, fidei radio illuſtrata ei abundat ut a malo retrahatur, alliciatur ad bonum. Atque hinc plane colligitur ſolutio argumenti 2.

Solutio ſecũdi argumẽti.

Concedimus enim rationem non eſſe regulam primam, ſed naturalem legem,quæ eſt æternæ imago,nihilominus illud exemplar ratio proſpiciens leges exprimit humanas. Circa tertium autem diffiteri non poſſumus,leges humanas non ea uigere certitudine, qua ſpeculatiuas concluſiones,eo quod non circa neceſſaria,ſed circa ſingularia contingentia,uarietati ſubiecta ſtatuuntur. Neque opus eſt

Ad tertium.

omnem menſuram infallibili certitudine ſed pollere,ſed ſatis eſt unaqueq.ſecundum ingenium ſuæ materiæ fida ſit. Et hæc eſt ratio quare leges humanæ non ſunt, uti naturalis,immobilis. Quartum argumentum grauioris eſt põderis,Quæſtio. n. eſt quam

Ad quartum.

Ariſto-

Ariſtoteles.3.Polic.c.11.tetigit. An. ſcilicet

Ariſtot.

Prima rō quaſ melius lex quā hō domi natur.

reſpublica melius ab optimo homine, quā optima lege gubernetur. Definit autem melius legem, quam hominem dominari. Id quod & 5.Ethicor ca.6.commemorauerat. Nempe quia facilius eſt unum aut paucos prudentes inuenire legum conditores, quam iudicum multitudinem. Etenim qui leges ferant, pauci in uno ſæculo ſatis ſunt, qui uero ius dicant, impendio quam plurimi ſunt neceſſarij. Deinde quoniam leges longit peris conſideratione feruntur, iudicia uero breuiſſime cogitantur, & ideo

Secūda ratio.

facilius hic, quam illic error contingit. Præterea maxime quod cum leges de uniuerſalibus & futuris conſtituuntur, neq. perſonas ſingulariter tangant, non conduntur perſonarum reſpectu. ſenator uero & iudex quia cum ſingularibus perſonis agit, odio percelli poteſt & more, ac potiſſimum auaritia corrumpi.

Tertia ratio.

Quare, melius eſt utquam maxime fieri poſſit cuncta legibus explicentur, iudicib. autem non niſi minima, quæ lege determinari nequeūt, relinquantur. Vnde ait quod qui legem præeſſe iubent, Deū præeſſe iubent & leges (utpote a quo ipſæ promanant,) qui autem hominem iubent præeſſe adiungit beſtiam ſæuam, quia libido, atq. ita obliquos agit at uiros optimos, dum ſunt in poteſtate Iudices ergo non leges ipſi, ſed (ut.⁊.Ethic. ait Ariſt.) legum debent eſſe fidi cuſtodes.

Ariſtot.

Et per hæc reſpondetur ad quoddam argu. quod ſibi Ariſt. ibidem de artificibus opponit. Conducentius .n ait, ad corporis ſalutem apparet ut medicus prudentia ſua, quam literarum præſcriptis alligatus ægroto medeatur. Nam multo ſatius particulares circunſtātius morbi ſic habebit per ſpectas, ergo eadem ratione ſalubrius ſingulari hominum prudētia, particularib. euentibus informata, poterit gubernari reſpublica quam præſcriptis legibus.

Argum. Ariſtot. vbi ſup.

Reſponſum in quam duplex eſt.

Solutio prima.

Primum .n negatur medici prudentiam quidquam ualere niſi par artem medicam fuerit inſtructa, certius .n. per artem quam ſine ipſa fit curatio.

Solutio ſecūda.

Deinde medici non tam crebro accidere poteſt ut corruptum habeant animum ad necādum infirmum, quam iudicibus ad ſententiam ferendum uel in fauorem unius partis uel in perniciem alterius. Et ideo periculoſius eſt iudicis arbitratui iudicia permittere quam medici. Nihilo ſocius cum de fide medici timeatur, nēpe dum in ſuſpicionem uenit quod pretio corruptus uel odio ſaluti infirmi inſidiaſ, oculatius obſeruādus eſt ut artis præſcripta ad unguem ſeruat.

Periculoſum & temerarium eſt medicis ſuas proprias opiniones, atq. exiſtimationes arti anteferre.

Quin uero addiderim periculoſum eſſe maxime & temerarium ut medici ſuas proprias opiniones & exiſtimationes ſcientiæ & arti anteferant. Sed quo ad iudices reuertamur. Accedit huc quarto quod (ut idem ait Philoſophus 10. Eth.) lex dum probitatem iubet, licet hominem a uoluptatibus cohibeant, nemini moleſta eſt aut odioſa, quemadmodum iudex, quis facile in ſuſpicionem uenit, an odio aliove affectu fuerit infectus. Quapropter (ut hinc ego colligo) principum pedadogi & conſiliarij hac uti debent cautela, ut quādo ipſi non audent patronos ſuos reprehēdere, leges uirtutum hiſtoriasq. legendas porrigant, quæ inuidiam non generant, & mores inſtituunt.

Quarto ratio.

Ad reliquam autem argumenti difficul atem reſpondentes fatemur minutiora illa, quæ legibus comprehēdi non ualent, iudicis eſſe arbitratui relinquenda, ut ff. de legib. l. non poſſunt. ſancitur, Eo quod dum omnia legibus complecti non poſſumus, quædam negligimus, ne cunctorum iacturam faciamus, eorum inſtar, qui ingruente tempeſtate quædam in aquas inſanas exonerant, ut naui reliqua ſeruent. Quo circa iudex præter animi rectitudinem apprime ſcientiæ ac prudentię indiget ut legum uniuerſalia dextre ualeat ad ſingularium euentus accommodare.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum omnis humana lex a naturali deriuetur.*

SEcundus articulus eſt utrum omnis humana lex a naturali deriuetur. Arguitur .n. primo a parte negatiua, iuſtum ciuile (ut 5. Ethic.c.7. ait Ariſt.) eſt illud quod a principio nihil refert ſic uel aliter fiat, d autem quod ex lege naturæ dimanat, etiam ante legem humanam referebat, non ergo omnis lex humana a naturali deriuatur.

Primū arg a parte negatiua. Ariſtot.

Secundo, ius poſitiuum (ut illic ait Ariſtot. & 5. lib. Iſido) contra naturalem diuiditur, ea autem quæ a naturali lege deſcendunt, non diuiduntur contra ius naturale, immo ſunt eius germina, ergo leges humanæ minime a naturali deriuantur.

Secūdū Ariſtot. Iſid.

Tertio, lex naturæ (ut ibidem ait Ariſtot)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eandem vim habet apud omnes, leges autem humanæ non item, ſed unaquæq. reſpublica ſuis proprijs fulcitur, ergo non omnes a lege naturæ oriuntur.

*Tertiũ argum.*

Quarto, omniũ quæ a lege naturæ fluũt naturalis ratio reddi poteſt, non aũt omnium quæ a maiorib. conſtituta ſunt ut Iulia. ait ff. de legib. leg. non omnium. Non ergo omnes humanę leges a naturali deriuantur.

*Quartũ*

In contrariam autem faciunt Ciceronis uerq. lib. 2. de Inuentio Res a natura profectas & a conſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit.

*Cicero.*

Ad qõnem quatuor concluſionib. rñdet

*Prima conclu.*

Vna eſt. Oĩs lex humanitus poſita, ſi recta eſt, a lege naturæ deriuatur. Quinimo tm̃ habet rectitudinis rõnisq. legis, quantum a lege naturæ recipit. Lex etenim (ut arti. proximo latius patebit) niſi iuſta fuerit, lex non eſt. Immo (vt ait. 1 de lib. arb. Aug.) in tantum habet legis uirtutem inquantum participat rationem iuſtitiæ.

*Auguſt.*

*Argu. p̄ concluſione.*

Ex hoc ſic arguitur, iuſtum & rectum in rebus, humanis sm̃ rationis regulam exiſtimandum eſt rationis autem regula (ut ſuper dicebamus eſt rerum natura) quam ueluti exemplar intueri in ſuis cunctis actionibus, debet ergo leges humanæ (ut quæ ab ipſa rõne fabricaę) a naturali cunctæ naſcuntur. Neq. vero (vt ſupra diximus) uetat leges humanas duabus menſurari regulis, æterna ſ. naturali, quarum hæc participatio illius eſt. Enimuero ut architectus ex cõcepta forma domus lineas in lapide aut ligno ducit, quæ miniſtro regulæ ſunt, quas cudendo & ſeruando ſequi debet, ſic Deus æternam ſuam legem uobis impreſſit, quę eſſet ſicut certum illius ſignum, Quapropter dum legem naturæ imitamur, æternam tenemus.

*Cicero.*

Vnde Cicero lib. 2 de legib. lex inquit eſt iuſtorum, iniuſtorumq. diſtinctio ad illam antiquiſſimam & rerum oĩum principem expreſſa naturã, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

*Secũda conclu. Declaratur concluſio.*

Secunda concluſio. Bifariã quippiã a lege naturæ deriuatur. Vno modo, c u concluſio ex principiis deducta, atque altero, ut ſpecifica determinatio alicuius cõis generis. Ex illo, n. principio. Quod tibi non uis, id nemini facias ſequuntur illę conclõnes. Non occides, non furtum facies, &c. ſed ex illo ꝙ eſt, Oĩs uirtus præmio digna eſt, & uitium pœna, lex humana ſanxit ſicariũ latronemq. ſuſpendi, hæreticũq. cõburi. Vbi cõe ſupplicii genus ad particulare trahitur. Quemadmodum artifex formam domus in cõi conceptam ad peculiares fabricas accommodat, ut hęc ſi illa aliter conſtruatur. Et patet inter hos deriuationis modos latum diſcrimen. Prior. n. fit, per uiã ſyllogiſmi. Cuius utraq. pręmiſſa eſt naturaliter nota, ſ. Quod tibi non uis alteri ne facias, nolles occidi, neque tuis bonis expoliari, nec in tua uxore iniuriam pati, ergo non homicidium, non furtum, non adulterium facies. Poſterior uero nõ fit hoc pactis. Ex hoc. n. quod oĩs malus eſt puniẽdus, recte inſtruit ſyllogiſmus, qđ ſi iſte eſt malus, iſte puniatur. Hoc tamen uniuerſale id eſt ſumptum cum diſtributione nõ eſt illud quod per legem poſitiuam ſecundo modo determinat, ſed uniuerſale genus, quod ad ſuas applicatur ſpecies. Vt ſi improbus pœna, quod non ſequitur per ſimilem ſyllogiſmum, ſed per humanam exiſtimationem, qua culpæ admetimur pęnam. Fit niſi collectio Oĩs malus eſt puniendus, latroni autẽ congruens ſuplicium eſt ſuſpendium, hęreticoque incendium, ergo ſic ſunt puniendi. Poſterior uero aſſumpta non eſt naturalis cognitio, ſed humanum arbitramentum.

*Tertia conclo. Explanatur concluſio.*

Hinc ſequi concluſio tertia Deriuatio legis humanæ ex naturali quæ fit per uiam concluſionis non eſt conſtitutio noua talis operis in genere uirtutis, ſed explicatio uirtutis quę in principiis naturalib. latebat. Etenim Non fornicaberis. Depoſitum redde, & Decalogus, ante humanam ratiocinationem erant uirtutes, latentes, tamen in principiis naturalib. ſunt autem explicitur poſita ne quis ſibi eorum ignorantiam prætexeret. Secunda uero deriuatio eſt noua conſtitutio operis eſſe uirtutis. Iure. n naturæ non erat uirtus latronem occidere aut hęreticũ, nam lex naturæ tantum dicebat ut punirentur, ſed lex humana fecit eorum interfectionem eſſe uirtutem. Pari modo lex naturæ, ueluti generale principium eſt. Temperare & frugaliter uiuendũ eſt, quatenus corpus expeditius poſſit aĩo inſeruire ex quo non propalam ſequitur abſtinendum eſſe a carnibus, aut ſemel tm̃ in die reficiendum, ſed tamẽ lex humana inde id arbitrando deduxit qualis debet eſſe tẽperãtia & ideo humana lex conſtituit abſtinentiam carnium ſub uirtute tẽperãtiæ ubi añ nõ erat. Eodẽ modo, ſabbata ſanctifices, determinauit ad hoc uel illud feſtum colendum atque ad

ſacra

D. Tho. Abſolutiſſima ratio cõcluſionis.

ſacra audiẽda. Quo ſit, vt, quemadmodum ait S. Tho. leges humanæ prioris gñis uigorem hẽant ſuum in lege naturæ: illæ verò poſterioris ordinis, minimè. Quod ſi ſupremam huius rationem perſcruteris, hæc eſt, vt reor, quod concluſiones in ſuis principijs actu continetur: ſpecies autem in gñe non niſi in potentia: vt patet in Prædicabus Animal enim non cõtinet omnes ſpecies actu, aliàs quodcunque animal eſſet omnium ſpecierum. Ob idque leges illæ quæ per contractionem generis ad ſpeciẽ conſtituuntur, vigorem non hñt niſi in illa minori, quam ratio humana conſtituit, ſcilicet viuendum eſt temperatè huic autẽ tẽpori & gẽti hæc temperantia cõgruit, ergo in Quadrageſima à carnib. abſtinẽdũ ẽ.

Ad primũ arg. Ariſtot.

Primum igitur argumẽtũ per hanc proximam ſñiam diſſoluit. Appellauit enim Phil. 5. Ethi. iuſtum legale id, quod eſt mere ciuile, id quod ſecundo modo deriuatur ex naturali: quod ideo antequam ſtabiliretur, non erat virtus: ac ſubinde neque referebat ſic vel aliter fieri. Secus de altero deriuationis modo. Vnde per hanc diſtinctionem articulo quarto diuidemus ius humanum in ius gentium, & ciuile. Parique modo reſpondetur ad ſecundum argumentũ: Ius humanum, non quodcunque ſed ciuile, quod ſecundo modo deriuatur à naturali diuidi contra ius naturale. Ad tertium aũt reſpondetur, ius naturale; quod Ariſt. ait eandem habere potentiam apud omnes, cõſiſtere in principijs: nã cõcluſiones, & præſertim ſpecificas determinationes, ipſe ibidẽ agnouit variari apud varias nationes. Ad quartũ rñdẽ, ꝙ Iuriſperitus in lege citata non negat, eorum quę iure naturæ ꝑ modũ cõcluſionũ eliciuntur: poſſe rõnem reddi: eorum autem quæ ſecundo mõ deriuãtur, quia ſeniorum concluſione ꝑ experientiam & prudentiã ſtatuta sũt, veluti vniuerſaliũ ſpecificæ determinationes, non eſt ſemper exigenda ratio, ſed eorum experientiæ, & prudentiæ, habenda fides, vt 6. Ethic. auctor eſt Ariſt.

Ad ſecũdũ arg. Ad quartum.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum legis humanæ qualitates rectè ab Iſidoro deſcribantur.*

Ariſt.

CIrca alias legũ ſpecies nihil opus eſt qualitates perſcrutari in quib. earũ rectitudo poſita ſit. videlicet circa legẽ æternam, naturalem, & diuinã. Nam illæ innata natura ſua bonæ & rectæ ſunt. At verò de humana, quia ratio noſtra hallucinari ſolet, explorare neceſſe, eſt quib. debeat lex conditionibus exornari, vt ſit bona. Eaſdẽ autem Iſidorus lib. 5. c. 21. hoc ordine ponit: Erit, inquit, lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ cõſuetudinem, loco, temporique cõueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid propter obſcuritatem captatoriè contineat, nullo priuato commodo, ſed pro cõmuni ciuium vtilitate conſcripta. Et refertur dist. 5. can. Erit autem. Arguitur autem non eſſe neceſſariam tam longam qualitatum ſeriem: nam ſupra cap. 3 compendioſius dixerat: Lex erit omne quod ratione conſtiterit: duntaxat quod religioni congruat, quod diſciplinæ conueniat, quod ſaluti proficiat: ſuperuacanea ergo fuit prolixior oratio. Secundò, conſuetudo diſtinguitur à lege ſcripta, vt auctor eſt idem Iſidorus diſtin. 1. ergo lex non fertur ſm̃ conſuetudinem. Tertiò, neceſſarium dupliciter vſurpatur: Vno modo, pro eo quod impoſſibile eſt aliter ſed hre, de quo nõ eſt neceſſaria lex. Rediculum. n. eſſet legem ſancire, vtero habet, parum edat, neceſſarium autem ad conſequutionem finis idem eſt quod vtile: repetitio ergò eiuſdem fuit dicere, vtilis, & neceſſaria. Quartò denique arguitur. Nonnunquam inquum eſt ad legis rigorem iudicare: ſed eſt operępretium eam veluti Leſbiam regulam ex æquo & bono ad rerum euentus inflectere, vt 5. Ethico. cap. 10. auctor eſt Ariſt. ergò non eſt vſque adeo legi neceſſarium, vt ſit iuſta. In cõtrariũ aũt facit auctoritas Iſidori.

Iſidor⁹

Arg. 1.

Arg. 3.

Arg. 4.

Concluſio reſpõſiua.

Ad qõnem reſpondetur vnica cõcluſione. Optimè Iſidorus bonitatem legis ſuis numeris circumſcripſit: prius quidem concpẽdio, poſt vero explicatius: Duo nãq. eſt ĩ lege cõſiderare, penes q̃ condõnes bonæ legis exigẽdæ ſunt, & examinãdę. Eſt. n. lex & p̃ſcripta forma q̃ humanas actiones in debitũ finẽ ducit: & ꝑ pea mẽſura & regula ad exẽplar æternæ naturaliſq; legis poſita. Si aũt cõſideretũ ut forma, ducẽs in finẽ, neceſſe eſt vt talis ſit, qualis ad eundẽ conducit finẽ, ſm Philoſophum. 2. Phiſic. ſerræ nãque talis eſt neceſſaria forma, qualis fuerit ad ſerãdũ aptiſſima. Si aũt cõſideret vt regula & mẽſura dẽt eſſe ad ęternã & naturalẽ expſſa. Finis ãt humanæ legis ẽ hoĩum vtilitas: vt ff. de leg. l. nulla, refert: hoc eſt

Ariſtot.

ſalus eorum, morumque ſuorum inſtitutio ut tranquillè & fœliciter viuant. Prima ergo bonæ legis conditio ad legem ſpectat æternam, quæ fons eſt totius rectitudinis. Et hoc eſt quod ait Iſid. religioni congruens nempe qua Deus colitur, qui primus ſtatuendus eſt finis noſtrarum actionum. Hoc enim ipſum & Plato 1. de legib. Secundum quod legi humanæ tribuitur eſt in ordine ad naturalem, quæ alterum eſt eius exemplar. Et hoc eſt quod illic ſubdit dicẽs. Quod diſciplinæ conueniat. Diſciplina. n. (vt Plato. 2. Dialogo de legi docet) eſt puerorũ educatio, morumque noſtrorum inſtitutio. Idem ergo eſt diſciplinæ conuenire, quod regulam eſſe moribus componendis appoſitam. Quę quidem diſciplina trahenda hominibus eſt ſecundum eorum naturam. Reſtat ergo tertium reſpectu finis vt lex ſaluti incolumitatique hominum proficiat. Vocatur enim hic ſalus, optima animi diſpoſitio, qua ab ingruentibus affectionib & morbis, qui noſtra ſunt calamitas, prę̨ſeruarum incolumes. Sic enim ait Paul. Nunc enim proprior eſt noſtra ſalus quã cum credidimus. Ad has tres qualitates (vt auctor eſt. S. Thm.) reducitur aliarum numerus. Explicatius tamen oratorum more per illum depingitur legis figura & pulchritudo. Enimuero cum regula ſit virtutum, quarum præmium eſt honor, nihil eſt legi antiquius, quam quod ſit honeſta Et quia verus virtutis honor diuinitus experendus eſt, optimè quod dixerat, religioni congruens, honeſtatis verbo explicuit. Tametſi & hoc quoque eadem voce doceatur, vt ne ſit turpis, videlicet, quæ oculos & aures offendat: vti erant apud miſeros illos Ethnicos ritus & leges ſuorum templorum. Videlicet lex Baccanaliorum, quæ crapula celebrabantur, & obſcæna hominum nuditate. Eſſet præterea in honaſta lex, quæ ingenuos ac illuſtres magnates, eodem infami ſupplicio, quo latrones, puniret Deinde, vt quod dixerat, diſciplinæ conueniens, declararet, quod ad legem naturæ diximus pertinere, ſubiungit: Iuſta, Poſſibilis &c. In tribus enim humana diſciplina poſita eſt. Primum vt rationi ſit adæquata, eius in cũctus lineam tenens: in quo ratio iuſtitię cõſiſtit. Quod ſi arguas nil eſſe honeſtum quod non ſit iuſtum, & ideo eſſe fruſtraneam repetitionem, honeſta & iuſta Reſpondetur, ſi iuſtum vniuerſaliter accipias

Legis omnes qualitates reducunt ad tres.

Explicantur ſigillatim legis condõnes.

Lex honeſta.

Iuſta lex & poſſibilis.

Argm̃.

Solutio.

pro omni virtute, idem eſt quod honeſtũ. attñ iuſtitia, ſpãlis virtus, eſt pars, hoc eſt vna ex quatuor ſpecieb. honeſti, ut ſm Ariſ. ait Cic. 1. de Off. Eſt. n. honeſtũ idẽ q̃ moralis virtus, quæ in quatuor diuiditur Cardinales. Dicere ergo honeſta & iuſta, ſpecificatio eſt generis p̱ ſpeciẽ. Scd̃ò, humana diſciplina in hoc conſiſtit, q̃ ſit in noſtra facultate, amore, & vſu legis præſcripta ſequi. Et hoc eſt quod ait, poſſibili ſecundum naturam: hoc eſt ſecundum condõnem eorum, quibus lex ponitur. Sed ais, nomine ipſo iuſtitiæ includitur poſſibilitas: Nam quod impoſſibile eſt, iuſtum eſſe nequit. Reſpondetur, quod hoc etiam conceſſo neceſſe fuit depromere qualis ſit poſſibilitas legis. Nempe quæ ſumi debet ex ciuium ingenio & condõne: Vnde poſſibile hoc loco accipitur pro eo quod eſt non difficile. Bifariam enim Philoſophus. 1 de Cælo accipit ait impoſſibile. Vno modo ſimpliciter: & altero pro eo quod non bene & non facile factibile eſt. Debetque poſſibilitatis ratio pro perſonarum qualitate penſari, quum Iſidorus naturam vocat. Non enim pueris & ætate nondum firmis, ſenio ve cõfectis eadem imperari exercita debent, & laborum grauamina, quæ alijs firmioribus & validioribus. Neque tot ieiunia aut ſpiritualia officia ſunt lege à ſecularibus exigẽda, quot à religioſis monachis. Tertio requiritur ad debitam diſciplinam, vt lex ſit omnibus circunſtantijs veſtita. Circunſtantiæ aũt ſunt, tempus & locus. Et ideo ait ſecundum conſuetudinem patriæ, loco & tẽpori conueniens. Nam cum rerum natura muri non poſſit, quę in diuerſis regionibus diuerſa fert hominum ingenia, & mores, & morbos, debẽt leges moribus regionis adaptari. Sunt enim Germani (vt verbi gratia dixerim) minus mortis timendi, ferique magis, & truces: & ideo inter illos nõnulla ſcelerum genera atrociſſimis ſupplicis vindicantur, quæ Hiſpanis nõ ſunt præ nimio eorum horrore congruentia. Cętera verò quæ ſequuntur ad finem legis, humanam ſcilicet ſalutem ſpectant. Debet enim lex homines & à malo ſetrahere, & in bonum promouere. Propter otimum, dicitur neceſſaria, i. ad cauendũ in cõmoda, & nocumẽta q̃b peruertimur: p̱p̱ ſm d̃r vt illis. Vtile .n. idẽ eſt q̃ medium ad finẽ accommodũ. Quare, neceſſarium in propoſito non vſurpatur ſimpliciter, ſed hoc pacto differt ab utili,

Cicero.

Alter ſcrupulus.

Rñſio,

Ariſtot.

Gemina acceptio impoſſibilis.

Lex dẽt eſſe loco & tẽpori cõgruens.

Lex neceſſaria, & ut illis.

vtili, quod reſpectu ſunt diuerſorum effectuum. Vnde id maximè legiſeri deberent conſiderare, ne legū multitudine ſubditos obiurent: ſed illis eſſent tm̄ contenti, quæ ſunt penitus neceſſariæ: nam ipſa multitudo fit ſtatim impoſſibilis: Vnde illico efficiuntur veluti araneearum telæ, quibus muſchæ arcentur, non leones. Legum inquā immodica turba hoc ſolum præſtat, vt boni & mites, qui legibus non indigent, circūſepti viuant, peruicaces autem & indomiti leges plures habeant, quas peſſundēt ad ſuasq́; explendas libidines. Sed ad eundem finem legis per quam maximè decens eſt, vt nulla ſit obſcuritate obuoluta, ne ad captandos ignorantes muſcipula fiat, ſed ſit vſq; adeo manifeſta, vt trangreſſorum nemo poſſit non eam intellexiſſe. Vnde eodē titulo de legibus, & conſtitutione, legimus. Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab hominibus dēnt, vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Deniq; vt eundem legum finem palam Iſidorus indicaret, quaſi omniū compendium concluſit dicens. Nullo priuato commodo ſed pro cōmuni ciuiū vtilitate cōſcripta. Etenim vt inter regem ac tyrannum hac ſola rōne intereſt, quod ille in cōe bonū, hic aūt in ſuum priuatum cuncta refert, ſic & inter legē bonā & malā hoc idē eſt interſtitium. At vero cum alijs modis & reſpectibus leges poſſint pro priuato commodo conſtitui, ille eſſet omniū peſſimus ac peſtilentiſſimus ſi lucri gratia conderentur. Videlicet, vt vel trangreſſorum mulctis, vel diſpenſationum frequentia, legiſlatorum ærarium diteſceret, aut aulicorū res augerentur. Optimè ergo ait 1. ad lib arb. Aug. quod lex iniuſta non eſt lex, & eleganter 2. de legib. Cic. Cōſtat profectò ad ſalutē ciuiū, ciuitatumq; incolumitatem, vitamque hominum quietā & beatam, conditas eſſe leges, eoſque qui primū eiuſmodi ſcita ſanxerunt populis oſtendiſſe ea ſe ſcripturos atq; laturos, quibus illi ſcriptis ſuſceptiſq; honeſte beateque viuerent, quæq; ita cōpoſita, ſtataq; eſſent, eas leges videlicet nominarunt. Ex quo intelligi par eſt, eos qui pernicioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint, cū contra fecerint quā polliciti profeſſiq; ſint, quiduis potius tuliſſe quam leges, vt perſpicuum eſſe poſſit, in ipſo nomine legis interpretando ineſſe vim & ſententiam iuſti, & iuris colendi. At quod opus eſt teſtibus? Lex, regula eſt, regula autem niſi recta ſit, ſuam non retinet naturam, lex verò iniuſta, obliqua eſt: nihil ergo minus quam lex.

Legum multitudo vitioſa.

Iſidor.

Auguſt.

Primū igitur, tertiūq; argumentum, per ea quæ ſupra obiecimus, planè ſoluta ſunt. Ad ſecūdum autem reſpōdetur Quod cōſuetudo, antequam ſcripta ſit, vim hēt legis vt ff. de leg. l. diuturna, & l. ſed ea. ait. Iuriconſ. differt tamen à lege quæ reipublicæ conſenſu ſcribitur. Dēt aūt lex poni quæ cū patriæ conſuetudine non pugnet: niſi conſuetudo abiectu digna ſit. Ad quartum argumentū, reſpōdetur, quod cū humanarū rerū caſus tantæ ſint varietati ſubiecti, nullatenus queunt leges tanta conſtitui certitudine quin q̄nq; ſint ex æqua & bono interpretanda. Nā & lex ipſa naturalis de reddendo depoſito, deficit, dum ab eo petitur nocere parat. pari modo lex quæ capite punit homicidam, deficit, cum quis vxorem occidit in adulterio depræhenſam Quapꝑter (vt eodē citato loco ait Ariſt.) defectus hmōi non ſunt in lege, ſed in rebus ipſis humani, quarū caſus nequeunt certius compræhendi. Qua vtique de cauſa appoſitiſſime lex comparatur regulæ Lesbię, Erat. n. Inſula vbi lapides præ ſua intractabili duritiæ, nequibant cudendo quadrari, vt adaptarentur ad regulam. Et ideo vice verſa regula, quæ idcirco non ferrea ſed plūbea erat, flectebatur, vt gibboſitati lapidis adaptaretur, quod ſm̄ regulæ curuitatē depræhenderetur in muro ſedes, vel ſterneretur locus cui aptius inſideret. Vnde fit conſequens, vt cum lex ob neceſſitatem ex æquo & bono accommodatur rebus, illam Ariſ. obliquitatem non tribuerit vitio, ſed laudi propter inconſtantiam rerum humanarum. Sed tamen extra talem neceſſitatem meritò male audit regula Lesbia, puta dum lex vel ad principum voluntatem inflectitur, vel alias ob cauſas, non mores ad legem collimantur, ſed lex ad morum corruptelam detorquetur.

Ad ſecūdum.

Ad quartum.

Ariotſt.

Lex ſimilis regulæ. Lesbiæ.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum conuenienter Iſidorus & qui illum ſequuntur, ciuiles leges iuſque humanum diuidant.*

TAndem in hoc poſtremo q̄onis articulo videndum eſt vtrū diuiſiones



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

humani iuris conuenienter fiant. Et arguitur à parte negatiua: Ius humanum diuidunt tam Iſidorus quam leges ciuiles, in ius gentium, & ciuile: vt patet diſt. 1. & ff. de Iuſtitia & iure. Vbi poſt ius naturale, quod contra humanum opponitur, ſubſequitur ius gentium, & ciuile. Ius autem gētium potius ad naturale pertinere videtur, quam ad ciuile: quandoquidem concluſio eſt naturalis iuris: quare Iſidorus ipſe qui dixerat, ius naturale eſt commune omniū nationum, ſuddit ius gentium, inde ſic appellari, quod ipſos omnes ferè gentes vtuntur: ergo inepta eſt diuiſio. Secundo arguitur. Fit alia legum diuiſio in leges ſacerdotū, & militum, quæ quidem, ſumitur ex diuerſis officijs igitur cū penè innumera ſint officia, opificiaq; Reipublicæ, in infinitum producenda eſſet illa diuiſio. Tertio arguitur: ius ciuile diuiditur in Senatuſconſulta, & plebiſcita, & alia id genus: hæc autem tātum materialiter differre videntur videlicet, tanquam leges a pluribus vel paucioribus poſitæ: non autem formali ratione iubendi: materialis vero diuiſio non cadit ſub arte, quia procedere poteſt in infinitū ſicut ſi dicat leges Athenienſium vel Lacedæmoniorum vel Romanorum: illa ergo nequaquam eſt artificioſa diuiſio. Et eodē modo impugnatur partitioſa alia qua leges diuiduntur in Corneliam, Iuliam, Semproniā, & alias quæ à ſolis auctoribus ſortiūtur diuerſa nomina. Cū enim abſq; numero ſint auctores, abſque arte fit talis diuiſio. In contrarium facit tum Iſidorus, tū etiam legis prudentum auctoritas.

[Prima ratio. à parte, negatiua.]

[Secūda ratio.]

[Tertia ratio.]

[Iſidor.]

[Conclō reſponſiua.]

[Oſtenditur concluſio.]

Quęſtio pręſens vnica concluſione diſſoluitur, quæ eſt hęc: Ius humanum, vt idē ſit quod lex humana, quadrifariam ea arte diuiditur. Vnum quodque enim genus ſecundum id quod in eius ratione continetur per ſe diuiditur, &(quod aiunt) formaliter, non autem penes id quod ſibi forinſecus accidit, ſicuti animal, quia in ſe continet animam, quæ ratione intrinſeca, vel rationalis eſt, vel irrationalis, per ſe diuiditur in rationale & irrationale, non tamen in album & nigrum, ſicut coloratum: in ratione autem legis humanæ, quatuor per ſe includuntur, ergo tot modis pōt in ſpecies diuidi. Primū namq; quod legi humanæ per ſe cōpetit, eſt deriuari (vt arti. 2. diximus) a iure diuino, idq; dupliciter cōtingit, ſcilicet & per modū naturalis illationis, & per modū arbitrarię determinationis, igitur penes has differentias primum omnium diſtribuitur ius humanum, in ius gētium, & ciuile. Dr̄. n. ius gentiū, quidquid mortales ex principijs naturalibus per modum concluſionis ratiocinati ſunt. Exēmpla sūt manifeſta. Statuamus illud naturale principium. Vita humana in pace & tranquillitate ſuſtentanda eſt, & cōſoluenda. Inde ſubſumpta altera pręmiſſa, ꝙ natura corrupta in cōi viuens, neq; agros coleret diligēter, neque in pace viueret, gentes intulerunt diuidendas eſſe poſſeſſiones. Ex eodem itidem principio elicuerunt ſeruitutis legem nam aliter ſeruari nequiuerat boſtis in bello. Rurſus ex eodē principio, ſubiuncta altera præmiſſa ſ. quod homines, ciuile animal, ſuſtentare ſe nequeunt, niſi vicarijs ſe operis mutuo iuuent, intulerunt leges omnes venditionis, locationis, impignorationis, aliarumque commutationum, pactorum & conuentorum, vt hr̄ ff. de Iuſt & Iure. l. Ex hoc Iure, quibus humana ſocietas colligatur & ſuſtinetur. Quidquid verò per modū determinationis generis per ſpēm cōſtitutū eſt, ius appellatur ciuile. Vnaquæque. n. ciuitas, aut reſpublica ſua ſanxit particularia ſcita. Vt ex illo naturali principio, Deus ſacrificijs colendus eſt, diuerſa inſtituta ſunt ſacrificia, bonū ſ. aut caprorū, &(vt ait 5. Etih. Ariſt. ca. 7.) caprā dijs, ſed non duas oues mactare. Sacrificiā vero antiquæ legis diuinitus inſtituta ſunt, & ſacroſanctum noſtrū Euchariſtiæ, ab ipſo ſedēptore, qui factus eſt pro nobis hoſtia & ſacrificiū. Leges etiam (vt dicebamus) pœnarū q̄b diuerſis maleficiorū gn̄ribus diuerſa sūt ſupplicia decreta ad ius ciuile ptinent. Itaq; ius naturale abſq; vlla rōcinatione ſcriptū eſt in mentib. noſtris, ius aūt gētiū naturali ratiocinatione, abſq; hominū cōuentu, & longo conſilio inde elicitum, ius aūt ciuile arbitratu hominum in vnū cōuentiū cōcilū cōſtitutū. Vn̄ Iſidorus li. 5. c. 5. ꝙ refertur diſ. 1. Ius, inquit, ciuile eſt, ꝙ quiſq; populus vel ciuitas ſibi propriū diuina humanaq; cauſa cōſtituit. Vnus hinc tn̄ oboritur ſcrupulus, tn̄ſo dignus. Conſequens enim ex his fieri videt, præcepta Decalogi eſſe de iure Gentium, qn̄ quidem (vt ſupra viſū eſt) ex principijs naturalib. ceu cōcluſiones eruuntur. Conſequens autem hoc falſum eſt, nam quantum ad radicem de iure naturæ cenſetur, quantum verò ad

[Diſcrimen inter ius naturale, gentium, ac ciuile.]

[Iſidor.]

[Scrupulus.]

explica-

explicationem & poſitionem, de iure Diuino, tum antiquo, tum ẽt Euangelico. Ad hoc tamen reſpondetur, quod ratione originis oẽ ius gentium dr̃ de iure naturæ, licet ratione illationis ac poſitionis nuncupetur ius gentium, ob idq; nihil vetat, ſi ante legem ſcriptam Decalogus cenſeretur poſteriori mõde iure gentium. Tameſi propter euidentiam proximæ illationis, forſan non ſortiretur nomẽ niſi iuris naturæ. Nam eſt Decalogus adeò patẽs, vt principijs naturalis iuris ſit proximus. At verò qm̃ caligante iam mortaliũ mente, præcepta illo digito Dei in tabulis exarata ſunt, nomen obtinuerũt diuini iuris. Non ꝙ ſupra naturam ſint, ſed quia Deo auctore ex poſita. Per hęc ſoluitur argm̃ primũ. Ius n. gẽtium, ſic non negatur quodam mõ eſſe naturale, vt tñ cẽſeatur ab illo differre ꝑ ꝑ illationem: tunc præſertim dum longius concluſio à principijs diſtat. Secunda cõditio humanæ legis eſt, ordo ad cõe bonum. Et ſm̃ hunc ordinem diuiditur reſpectu diverſorum officiorum ac miniſtrorum, qui egregias operas nauãt cõi bono: vt eſt lex ſacerdotũ, qui religionis culti conſecrantur. Et leges militum, qui publici ſunt cuſtodes: legesq; magiſtratuum, qui iuſtitiæ adminiſtrandę præficiuntur. Haud tñ inde fit conſequens (vt ſecundo loco ante qõnẽ arguebatur) multiplicandam eſſe hanc diuiſionem ad opificum numerum qui sũt in republica. Nam alij nõ ſunt publici eius miniſtri cõi bono deputati, ſed particularibus neceſſitatibus inſeruientes. Tertiò conuenit legi humanæ ab illis inſtitui, qui publica funguntur adminiſtratione reipublicæ: generis autem reipublicæ (vt ſupra iã ſecundum Ariſt. in Polit. diximus) multæ ſunt ſpecies. Alia enim eſt Ariſtocratia, id eſt, optimatum principatus: quare leges q̃ ab iſtis eduntur, nuncupantur Senatuſconſulta reſponſa prudentum &c. Secunda regiminis ſpecies eſt, Oligarchia, id eſt, paucorum diuitumq; & potentũ principatus. Et ſm̃ hoc ſumitur ius prætorium, quod ẽt dr̃ honorarium. Tertium regimen eſt Democratia, hoc eſt, popularis potentia: cuius leges dicuntur plebiſcita. Aliud autem dicitur regimen tyrannicum, de qua ſpecie propter eius corruptionem nullũ ſumitur legum nomen. Sed quartum regiminis inſtitutum, eſt regnum. Et ſecundum hoc ſumitur ſpecies legum, quæ dicuntur conſtitutionem principum. De quibus extat titulus 1 lib. Digeſtorum. Cuius prima lex eſt, Quod Principi placuit, legis habet vigorẽ. Ariſt. autem ex his videtur aliud commiſci quod ei forſan optimum iudicatum eſt. Et ex hoc (vt auctor eſt Iſidor.) natæ ſunt leges, quas maiores natu ſimul cum plebeius ſanxerunt. Et per hæc ſatisfactum eſt tertio argumẽto. Haud enim harum differentiæ legum ob numerum tantum legumlatorum diſcernuntur, immò ob ſpecies regiminis diuerſas. Quocirca non eſt eadem ratio diuiſionis legũ in Romanas, Athenienſes, Lacędemones, &c. Hæc enim non ſpecifica, ſed prorſus numerica eſt. Quartum, quod lex humana ſua ratione includit, eſt componere humanos mores, diuerſoſq; aĩ inſultus cõpeſcere. Ex hac ergo parte ſumitur diuiſio legũ in legẽ Iuliã de adulter. & Cornel. de ſica & Aquiliã, & alias: quæ licẽt à ſuis autorib. noĩa traxerunt, tñ nõ ſolũ hac ratione diſcrepant (quod quarto argumento impugnabatur) ſed ꝑ ꝑ ſpecificã actionum diſtantiam, de quibus latę ſunt. Reſtant ergo omnia argumenta ſoluta. Hęc autem ſatis dicta ſint ad exponẽdum iuris diuiſiones. De quibus, præter loca citata, copioſa fit mentio. ff. de orig. iuris.

Ad primũ arg.

Secũda humanæ legis cõditio

Soluit 2. arg.

Tertia vñ iuris humani, triplex diuiſio dicitur.

Prima, Ariſtocratiã.

Secũda, Oligarchia.

Tertia, Democratia.

Quarta regiminis ſpecies.

Ariſtor.

Iſidor.

Ad tertiũ arg.

Quarta cõditio legis humanæ.

Ad quartum.

## QVÆSTIO VI.

### DE POTESTATE LEGIS Humanæ.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 96.

### ARTICVLVS I.

*Vtrũ lex humana in cõmuni debeat cõſtitui.*

POſt legis humanæ neceſſitatem qualitatemque & diuiſiones, ſequitur de eius poteſtate, & virtute. Et initio ab eius generalitate ſumpto, quæritur primò, vtrũ debeat in communi conſtitui? Et arguitur à Parte negatiua. Primũ ex Philoſopho 5. Ethic. ca. vbi ait, de ſingulis etiam lege iuberi, vt ſacra Braſidę facere, idq. diſtinguit contra ea quæ publicis decretis inſtituuntur. Inde. n. colligitur, leges non in cõi tñ, ſed in ſingulari quoq; poni. Secundò, leges ſunt de actionibus noſtris, quæ tñ in ſingulari fiunt, ergo dẽnt in ſingulari ferri. Tertiò lex eſt meſura nſarum actionũ, & men-

Argu. 1. partis negatiuæ.

Ariſtot.

Argu. 2.

Argu. 3.

ſura,

ſuta, vt primo Metaphyſicor. docetur debet eſſe certiſſima: actiones aũt noſtra lubricæ incertæq; ſunt: congruentius ergo leges de ſingularibus caſibus decernerentur, quã in cõi.

*Pomponius.*

In cõtrariũ eſt pomponius Iuriſconſultus, ff. de legibus, vbi ait: Iura conſtitui oportet in his, quę accidunt, hoc eſt, in his quæ vſu venire ſolent: non tñ in his quæ præter opi. & inſperatò cõtingũt, idq; trib. ſubſequentibus legib. inculcat.

*Concluſio vnica reſſi ua q.*

Reſponſione facilè per vnicam concluſionem inſtituitur: Lex debet in cõi conſtitui: hoc eſt non debet præcipere. Si talis aut talis occiderit, vel tali de cauſſa, aut cũ talis circũſtantia capite plectatur, verum in cõi. Quicũque occiderit. Accidentariæ enim illæ circunſtantiæ nequeunt lege cõcludi, at per prudentiam ſunt poſtea perpendendæ. Enimuero vt in ſpeculatiuis, quemadmodum iubebat Plato quieſcendum in ſpeciebus eſt, eo ꝙ de ſingularib. quæ caduca ſunt, nulla eſt ſcientia, ſed experientia; ſic, & in practicis de ſingularib. quæ forte accidunt, nulla eſſe põt lex, ſed ſola prudentia.

*Probatio concluſionis.*

Probatur aũt præterea cõcluſio tum ex fine legis, tum ex alijs quæ illi adhærent. Iam. n. in quæſt. proxi. aſſertũ eſt legem debere pro cõi vtilitate ciuium ſciſci. Inde ergo fit, vt debeat talis condi, qualis cõi expediat bono: commune autẽ bonum ex multis conſtat tam perſonis, quam negotiorum varietate. Sunt inquã qui legibus parere coguntur, ſenes, & iuuenes potentes, & debiles, ſapientes & ignorantes, quibus multa poſſunt negotia contingere. Debet ergo legifer hiſce omnib⁹ proſpicere; quod fieri aliter nequit, quam ſi lex in communi ponatur.

*Auguſt.*

Deinde ponitũ (vt 1 de Ciuit. Dei. Ait Aug.) non vt paruo tempore duret, ſed vt longis ſæculis. Graue. n. reſpublica accipit detrimentum frequenti ſubmutatione legum, ſit aũt de ſingularibus caſibus poneretur, illis demutatis mutari & ipſa ſubinde deberet. Ex pſenti cõcluſione elicitur illud axioma. Lex non reſpicit ea quæ raró, ſed ea quę vt plurimum contingunt. Quod iuriſconſultus verbis citatis pronunciat.

*Primũ peccatũ corũ qui ſingulis caſibus peculiarib. legibus ſubueniũt.*

Contra hãc igitur legum naturam grauiter peccant, qui ſingulis caſibus legibus occurrere contendunt. Extat (vt exempli gratia dicam) lex de ambitu, nempe quo candidati ambire prenſareque prohibentur. Vt autem hic murus firmior ſit alia comitatur lege, videlicet, ne quis domos ipſorum adeat, ne ipſi ob ambulent, ne vllus cũ altero colloquatur. Quod ſi ſcholaris contrafecerit, iure ſuffragandi priuetur, ſi vero candidatus, ipſe ius quoque amittat petẽdi cathedram. Reuera hoc plus iuſto eſt irretire humanos amicos.

*Secũdũ peccatũ corũ qui in cõdẽdis legibus ad id ſolũ ꝙ ad eſt proſpiciunt.*

Contra eãdem itidem doctrinam delinquunt, qui in condendis legibus non alia tempora longius proſpiciunt, quam quod præſens eſt. Sunt inquam qui exiguum numerũ perſonarũ cõſiderantes, charitate feruentiũ, graui legum onere religionum familias præmũt, quas cum poſteri ferre nequeant, ceruicibus excutiunt. Veriſſima ergo doctrina eſt, ꝙ leges debent ſic in communi ferri, vt multis temporibus perſonarumq. qualitatibus & caſibus coaptari poſſint.

*Ad primũ arg.*

*Primus gradus.*

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, tres gradus impræſentiarum diſtingui præceptionum ac prohibitionum humanarum. Primus eſt omnino generalis, nempe quando inſtituta non in gratiam alicuius ſingularis, ſed in bonũ totius reipublicæ fiunt, & hæc proprie dicuntur leges, vt. Qui cædem fecerit, capite plectatur: Magiſtratus non pretio creentur, iudicia: Iudices ne pretio vendant. Et iſtæ ſunt ꝓpriè leges.

*Secũdus gradus.*

Alia vero ſunt, quæ in gratiam ſingularis perſonæ conceduntur. Et iſtæ non tam leges, quam priuilegia ſeu diſpẽſationes dicuntur; vt cum Rex militi ſtrenuè ſe in bello gerenti iura nobilitatis cõfert. Et eleemoſynas in ſubſidium belli contra Turcas largientibus, ſingularia Põtifex impartitur priuilegia. Hoc autem perſpectè audiendum eſt.

*Põt vera lex ferri in gratiã ſingularis perſonæ.*

Poteſt enim vera lex in gratiam ſingularis perſonæ ferri, vt ſunt leges feſtorum, quæ in honorem Virginis ſacræ, aut alius cuiuſq; diui ſolẽniter feriamus; iſtæ. n. in cõi omni populo indicuntur. Priuilegia autem non præferũt talem vniuerſalitatis ſpeciem; alias. n. inducerent formam legis; vt eſt illa, quæ totã nobilitatem a ſoluendis tributis eximit; & illa generalis Qui tot annis militauerit, emeritus ſit miles.

*Poſtrem⁹ gradus.*

In poſtremo autem gradus ſunt ſententiæ iudicum, quæ (vt ſupra dictum eſt) non leges, ſed legum ſunt applicationes ad ſingularia.

*Ad ſecũdũ arg.*

Secũdi ãt argumenti reſpõſio facillima eſt. Nã cum lex menſura ſit, non debent eſſe tot leges, quot actiones, ſed ſicuti vna regula artifex plurimos diſponit lapides, & eadẽ vl-

Ad tertium. na plurimas metimur quantitates;ſic vna communi lege plurimas regulamus actiones. Tertio autem argumento fatemur, non poſſe humanas leges tãta pollere certitudine,quanta eſt in naturali,ſed tamen neque in omnibus exigenda eſt eadem certitudo,vt 1. Ethic. ait Ariſt. Et ideò ſa- Ariſtot. tis eſt, humanis legibus , ſi plurimum ſint vſu rectæ,licet nonnunquam deficiant.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohiberi.*

Prima ratio. POſtquam de generali forma legis viſum eſt,in communi eſſe ferendam , ſequitur vt de ei⁹ latitudine videamus,an omnia vitia debeant humanis legibus ꝓhiberi.exiſtit n.ſtatim in foribus rõ affirmatiua. Enim verò ſi leges , vt ſupra nos Iſidor. Iſidorus docuit , in hoc humanitus poſitę ſunt , vt earum metu coerceatur iniquorum audacia, cum aliter coerceri nequeat quam ſi omnia prohibeantur vitia,conſequens ſit,vt omnia humanis legibus vetari debeant. Secũda ratio. Secundo, cum etiam ex Ariſtotele iam audiuerimus,illud eſſe legislatoris propoſitum , vt bonos ſtudioſoſque faciat ciues ; id autem nequeat,niſi homines ab omnibus vitijs refrænando, fit , vt debeat legibus omnia compeſcere uitia. Tertia ratio. Tertio,lex humana ( ut etiam uiſum eſt) a naturali deriuatur , legi autem naturæ cuncta repugnant uitia , ergo legibus humanis omnia caueri debent. In contrariũ eſt Aug.lib. 1. de libero arbi. vbi ait huma- Auguſt. nam legem multa concedere, ac impunita relinquere, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.

Reſpõſio huius quæſtionis more & vſu patentiſſima eſt, quæ duabus concluſionibus conſtat. Prior eſt, Leges humanæ non omnia prohibẽt vitia. Fulcitur aũt hæc na- Prima conclu. Suadet̃ concluſio naturali ratione. turali rõne. Lex(quod identidem reſumimus)menſura eſt humanarũ actionũ,mẽſura aũt(vt 10. Metaphy. auctor eſt Philoſophus)homogena eſſe debet,hoc eſt eiuſdẽ rõnis rebus ipſis quas metimur. Enim uero quantitates cõtinuas vlna metimur, aut pede,aut palmo,quę quantitates itidẽ continuæ ſunt,liquores vero & grana metimur modio,ſed pondera, libra,idque in ſingulis generibus obſeruamus. Fit ergo conſequens , vt leges hominum humanæ ſint conditioni adaptandæ. Id quod Iſidorus illic admonuit,vbi iuſſit legem debere eſſe poſſibilem ſecundum naturam & ſecundum conſuetudinem patriæ. Conditio autem humana id poſtulat , vt leges non ſit ſummo rigore vitiorum vindices , ergo tales debent inſtitui. Quod autem hoc noſtra conditio & ingenium expoſtulet,ſic accipito : Leges toti multitudini ponuntur: in multitudine autem longè plures ſunt qui virtutum habitibus non ſunt imbuti , ſed cum prauis corruptiſque affectibus colluctantur,quique adeo potentes non ſunt præclara virtutum opera aſſequi,nam ſtudioſi habitus ſunt quibus facultatem nanciſcimur ſtudioſè agendi, ergo ſicuti leges non eædem pueris , quæ viris, neque eędẽ ſęcularibus quæ religioſis ferendæ ſunt, ſic neque toti multitudini illa ſub pęnę interminatione prohibenda ſunt, à quibus tota multitudo pro humana fragilitate abſtinere non poteſt , ſed ea prorſus quæ plurimi cauere poſſunt. Poſterior concluſio: Ea po- Poſtrema concluſio. tiſſimum vitia , flagitia , & ſcelera, debent leges humanæ prohibere,quæ rempublicam de ſua pace & quiete deturbant , qualia ſunt crimina , quæ iniuſtitiam habent annexam,puta illa , quæ ſunt contra commutatiuam iuſtitiam, vt homicidia, furta , adulteria, fraudes,& indias,atque id genus reliqua. Enimuero,tranquillitas hæc & reipublicæ ſerenitas,ſcopus eſt & finis omniũ Probatio. leges condunt. Quin verò alia quæ impunẽ permittunt , vt hæc euitentur ſinunt , nempe meretricia, vt adulterijs obuietur , vſurę,vt caueantur furta. Hinc fit, crimina Corollarium. & ſcelera non quò grauiora ſunt coram Deo,durius in republica vindicari ſed quò paci ſunt magis inimica . Periuria enim quæ peiora ſunt furtis,& blaſphemiæ, quę homiçidĩa ſua immanitate exuperant , non prohibentur capitali ſupplicio , ſed Deo reſeruantur caſtiganda. Veruntamẽ illa quę ſubſtantiam religionis concutiunt vt hæreſes,& apoſtaſiæ, atque illa quæ ſua fœditate aures inficiunt , licet non ſint hominibus iniurioſa , acerbius nihilominus ſunt vindicanda.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentũ reſpondetur, quod Iſidorus dum ait,legum metu coercendam eſſe hominum audaciam , ſeipſum exponit,quòd debeant legibus prohiberi iniuriæ,quas contra iuſtitiam impu-

ni

ri audaceſque homines reipublicæ inferūt haud tamen arbitratur neceſſarium, cunctas ſubinde culpas, in quas debilitate humanum genus dilabitur, earundem vigore vleiſcendas.

Ad ſecū dū arg. Ad ſecundum autem reſpondetur homines ad virtutem alliciendos eſſe ac promouendos more ſuo, vt ſcilicet gradatim eorum imperfectione ad perfectionem appulſa, promoueantur. Obidque non ſunt legibus, quæ omnibus debent eſſe communes, illa inſtituenda egregia officia, quæ ſolis integris viris, & virtute progreſſis poſſibilia ſunt: ſed illa potius quæ etiam imperfectiores adire ferreque poſſunt, vt illis facilioribus imbuti, ad alia, quæ ardua ſunt, valeant ſua ſponte conſcendere: ac non citius vſu veniat, vt dum nimia legum anguſtia ſepiuntur, in deteriora proſiliant. Nam (vt legitur Prouerb. 30.) Qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Et Matth. 9. Si vinum nouum, id eſt ardua, & calore feruentia mandata, mittatur in vtres veteres, id eſt, in homines impuros, corruptiſque affectibus laceros, vinum effunditur, hoc eſt, præcepta contemnuntur, & ex contemptu iniqui in peiora prorumpunt.

Pro. 30. Matt. 9.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur: quod etſi lex humana à naturali deriuetur, non tamen illam ad vnguem adæquare debet: neque ideò (vt loco citato ait Auguſt.) quod non omnia vetet, quæ vetat, & iubet, improbanda ſunt.

ARTICVLVS III.

*Vtrum lex humana omnium virtutum actus præcipiat.*

VT circa malorum prohibitionem ſic & circa virtutum præceptionem videndum eſt, quam latè lex humana ſe extendat, vtrum ſcilicet omnium virtutum actus debeat præciperet. Et arguitur à parte negatiua. Virtutum officia, vitiorumq; opera contraria ſunt, lex humana non omnia prohibet vitia: ergo nec omnes præcipit ſtudioſas actiones. Secundò, virtutis opus à virtute procedit. Virtus autem finis eſt legis, nam, vt diximus, finis legiſlatoris eſt, bonos ſtudioſoſque facere ciues: præcepta vero legis, non finis, ſed media ſunt ad conſequendum finem: virtutum opera nō cadunt ſub præcepto legis. In contrarium autem eſt auctoritas philoſophi 5. Ethi. c. 1. vbi ait: Leges ad communem omnium vtilitatem de omnibus dictare. Quare præcipit, inquit, lex & ea agere quæ ad virum pertinent fortem, & item ea, quę ſunt temperantiæ, & etiam ea, quæ ſunt manſueti, & in cæteris identidem virtutibus atque vitijs alia iubens, atque alia vetans.

Argu. 1. partis negatiuæ. Argu. 2.

Ad præſentem quęſtionem perinde atque ad præcedentem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt: Nulla eſt virtutis ſpecies, de cuius actibus nō aliquos præcipiat lex humana. Concluſio eſt, non ſolum Ariſtot. loco citato, verum & Platonis Dialog. 1. de legibus, vbi ait, eos qui de diuina Republica differunt, non ad particulam virtutis, & præſertim ad deiectiorem, ſed ad vniuerſam virtutem reſpexiſſe putandum, & per ſingulas earum ſpecies leges quæſiſſe. Ratio autem quam nos natura docet, quamque ſanctus Tho. dilucidat hæc eſt: Virtutum ſpecies ratione obiectiorum diſtinguuntur: nullum autem eſt virtutis obiectum, quod non ad bonū referri poſſit commune, quin vero ſępiſſimè idem etiam ad priuatum, vt ea quæ fortitudinis ſunt, & ad protectionem, ſeu propriæ perſonę, ſeu amici accōmodari contingit, & rurſus ad tutelam Reipublicæ. Et quæ ſunt teperantię, ad bonam priuati hominis valetudinem, & rurſus, vt habilior ciuis ad contemplationem fiat eorum quæ bono publico conducunt. Et ſimile eſt in cęteris. Cùm igitur lex omnis humana (vt dictum eſt) ob communem mortalium vtilitatem cōſtituatur, cōſequens fit, vt nulla ſit virtutis ſpecies, de cuius actionibus lex humana nō iubeat. Quod ſi des fortè priuatam aliquā, infrà tibi reſpondebitur. Poſterior concluſio: Leges humanæ nō de ſingulis actibus ſingularium virtutum præcipiunt. Itaque præcipiunt de ſingularum virtutum aliquibus actionibus: non tamen de ſingulis omnium. Vt ſi verbi gratia dixerimus, in materia fortitudinis præcipit lex humana, Rempublicā defendere etiam cū mortis periculo: non autem ſic defendere amicum: ſed hoc relinquit naturæ. In materia temperantiæ præcipit. Eccleſia certis diebus ieiunia, non autem in reliquo temporis anno moderatè comedere, quod facit lex naturæ. In materia religionis iubet certos dies diuinis dedicare, ac ſacris intereſſe: non autem ad alias cogit orationes libe-

Prima conclu. Ariſtot. Plato. Rō con cluſion. Secūda conclu. Explanat' concluſio.

ma. In materia iuſtitiæ & liberalitatis præ-
cipit in graui neceſſitate & parentib. alere
filios ſm ſuum ſtatum & nonnunquam fi-
lijs vice verſa parentes. Extra illos autem
caſus reliqua ad legem naturę & diuinam
remittit de honore parentibus deferendo.
In ſumma, lex humana ea duntaxat præci-
pit officia, quæ ad bonum commune referũ
tur, uel per ſe, & proxime, vt ad publicũ bel-
lum arma indui, uel mediate (vt aiũt) vt illa
Quæſt. Solutio. quæ ad bonam attinet diſciplinam, per quã
ciues ad bonum iuſtitiæ & pacis inſtituun-
tur. Quæris ergo, quid ſi aliqua eſſet virtu-
tis ſpecies quæ nullatenus ad bonum publi
cum referri poſſet? Reſpondetur nullam eſ
ſe prorſus, cuius non ſaltem aliquis actus ad
idem bonum quandoq. referri valeat. Ne-
que uero generalis hæc concluſio morales
tantum virtutes amplexatur, verum & in-
tellectuales. Legibus nanque humanis, & ar
tes iubentur in republica & ſcientiarum cõ
templationes. At uero ſi ita res habet, ut ẽt
virtutes intellectuales concluſio comprehẽ
dat, emergit ſtatim argumentum quod nõ
Arg. ſit in vniuerſum uera. Nam obiectum ſupre
mæ uirtutis intellectualis, in qua ſumma po
ſita eſt noſtra fœlicitas, cum Deus ipſe ſit
per eſſentiam, in nullum aliud commune
Rñſio. bonum eſt referibile. Reſpondetur autem
quod etſi per ſe Deus in nullum alium refe
ratur finem, eo quod ipſe ſit uniuerſalis om
nium, idemq. ſumus, tamen quatenus facia
li uiſione a nobis attingitur & poſſidetur,
refertur quidem, tum in noſtram fœlicita-
tem ac beatitudinem, tum etiam in ſuam
ipſius gloriam quæ per eandem uiſionem
fit in beatis illuſtrior.

Ad primum argumen. Ad primum igitur argumentum reſpon
detur, quod ſicut lex humana nõ prohibet
ſingulos uitioſos actus ita ueq. præcipit ſtu-
dioſos uniuerſos Sed eſt tñ differentia qđ
quantum ad virtutes nulla eſt ſpecies cuius
non aliquem præcipiat actum, tamen quan
tum ad uitia, nihil uetat aliquam eſſe ſpe-
ciam cuius nullũ actum prohibeat. Et pro-
pterea præcedenti articulo reſponſum eſt
ad vniuerſalitatem negatiue pręſenti uero
affirmatiue. Nullum. n. prohibet aut ioco-
ſum aut officioſum mendacium, neque ul-
lam ſimplicem fornicationem, niſi circun-
ſtantiam habeat ſpeciem variantem in ge-
nere moris, ut adulterium, in cœſtum, &cę.
Ad ſecũdũ arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod actus. Bi-
fariam dicitur uirtutis, uno modo quantũ
ad ſubſtantiam, quia ſcilicet ſit ſecundum
rationis normam, ſiue ex habitu procedat
ſiue ab eo fiat qui non eſt habitu prædıtus.
Alio vero modo quia ex habitu proficiſci-
tur, atque adeo prompte & delectabiliter
fit, lex ergo nihil de habitib. præcipit, ſed de
actib. qui media ſunt ad comparandum ha
bitum. Præcipit inquam pro republica pu-
gnare, nihil curans ex habitu id fiat agere,
autem ex habitu, non eſt pręceptum legis,
ſed finis, nam iubendo nobis operari inten
dit legiſer habitus in nobis ingenerare, qui
bus ſtudioſi efficiamur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum lex humana imponat ſubditis neceſſi tatem in foro conſcientiæ.*

POſtquam viſum eſt de poteſtate legis
humanæ quantum ad extenſionem vi-
dere reſtat quantum ad eius vim, an vſque
ad conſcientias attingat, quas ligare poſſit. Argu. 1.
Eſt enim ſtatim in propatulo argumen-
tum à parte negatiue. Poteſtas inferioris
non attingit vſque ad ſuperioris forum, ut
in eius iudicio obligare poſſit, poteſtas le-
ges ferendi humana eſt inferior diuina, er-
go non poteſt conſcientias ligare quan-
tum ad diuinum forum. Secundo arguitur, Argu. 2.
quod inde ſequeretur & patrefamilias ſuis
liberis poſſe itidem leges ſciſcere, quæ con-
ſcientias obligarent in foro Dei. Nam ſi-
cut præceptum eſt obedire ſuperioribus,
ita & honorare parentes ubi & obedientia
comprehenditur, conſequens autem uide-
tur eſſe contra id quod ſupra dictum eſt,
nempe citra uim coerciuam, quæ in patre- Argu 3.
familias non exiſtit, leges non poſſe condi.
Tertio, iudicium conſcientiæ ex diuinis
pendet mandatis, quæ indicia ſunt & do-
cumenta diuinæ uoluntatis, contingit au-
tem leges humanas cum diuinis pugnare,
ſecundum illud Matth. 15. Irritum feciſtis
mãdatum Dei, propter traditiones veſtras,
ergo non omnis lex humana obligat in fo-
ro conſcientiæ. Quin uero quarto argui-
tur: Sententia iudicis (vt ſupra diximus) eſt Argu. 4.
quædam legis applicatio, eiuſmodi autem
ſententia non ſemper obligat, etiam ſi in
foro exteriori iuſta ſit, ut puta dum iu-
dex ſecundum allegata & probata contra
veritatem innocentem condemnat. Im-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mo quandoque condemnatus nullatenus poteſt ſententiæ parere, ut ſi clam quis duxit uxorem unam, & palam alteram, tunc. n. iuſte & iuridice debitum iubetur reddere ſecundæ, & tamen potius mori debet quam obtemperare eſſet nanq. fornicatio, ergo neq. lex iuſta obligat in conſcientia.

Arg. 5. Quinto leges humanæ frequenter ſolent calumniam, ac ſubinde iniuriam hominib. irrogare, ſecundum illud Iſaiæ. 10 Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitias ſcripſerunt, ut opprimerent in iuditio pauperes, & uim facerent cauſſæ humiliũ populi mei, oppreſſionem autem ac tyrannidem reppellere, cuique fas eſt. (Iſaias.) In contrarium eſt Apoſt. Petrus in ſua prima Cano. cap. 2. ubi poſtquam omnes Chriſtianæ familiæ admonuit, ut ſubditi eſſent dominis, non tantum bonis, ſed etiam diſcolis, quia ſic erat uoluntas Dei ſubdit. Hæc eſt. n. gratia, ſi propter Dei conſcientiã ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte, dicens autem propter conſcientiam Dei, inſinuat conſcientiam ciuilibus legibus ligari. (Petrus.)

Quæſtio eſt, in qua alquanto plus dubietatis, ac difficultatis quam in ſuperioribus ineſt. Ad cuius utique intellectum, diſtinguendum eſt inter leges iuſtas atque iniuſtas. Tribus ergo concluſionibus ad queſtionem reſpondetur.

Prima conclu. Prima, lex humana tam ciuilis quam canonica, ſi iuſta ſit, auctoritate uiget, uiq. pollet obligandi ſubditorum conſcientias. Probatur. Lex omnis humana (ut dictum eſt) ab æterna per naturalem deriuatur, ſecundum illud Prou 8. Per me reges regnat, & legum conditores iuſta decernunt. ubi (ut ſupra diſcernendo notauimus) priori membro degnaſitur regnãdi poteſtas diuinitus principibus collata, iuxta illud Pauli. Omni, poteſtas a domino Deo eſt, poſteriori uero prudentia, per quam leges condunt & executioni mandant, ergo ex eadem æterna lege uirtus ad eaſdem ſubinde leges deriuatur, qua ſint in conſcientia apud Deum ipſum obligatoriæ. Exiſtimatur autem legis iuſtitia ex omnibus eius cauſis ſcilicet finali, efficiente, materiali, atque formali.

Ad legis iuſtitiã omnes eius cauſſæ accedant neceſſe eſt. Finali iniqua, vt pro communi bono ſit condita, eadem enim differentia, ut diximus, quæ inter tyrannum & regem, inter leges, quoq. dignoſcitur, nempe ut quæ præ communi utilitate ſit lata, iuſta habeatur, quæ uero pro particulari, tirannica. Secundo, ex parte agentis, ut pote quod qui illam tulerit, ſuam nõ fuerit facultatem tranſgreſſus. Tertio, ex parte materiæ. Quoniam, vt quæ pro tempore & loco bona ſunt, prohiberi non debent, ita neque opera mala materia præceptionis ſunt. Quarto ex parte formæ Nam cum lex, regula ſit, ex debet rectitudine & æquitate ſplendere, vt talem ſeruet tam in honoribus quam in oneribus proportionem ad ciues, qualem ipſi habent ad corpus reipublicæ, ſunt quippe ceu partes in toto, ob idque ſicut partibus diuiſa ſunt a natura munera, ſic & onera ſecundum proportionem facultatem ciuium imperanda ſingulis ſunt, atq. honores ſecundum proportionem dignitatum impartiendi. Igitur quæ lex his fuerit numeris abſoluta, obligatoria erit.

Secũda concluſionis. Probõ. Secunda concluſio. Lex humana iniuſta non obligat in foro conſcientiæ. Concluſio ex ſuperioribus fit notiſſima Nam lex iniuſta, cum recta non ſit, regula eſſe nequit, atque adeo neque lex, quę autem non eſt lex, obligat neminem.

Legis in iuſtitia, unde ſit pẽſanda. Legis autem iniuſtitia duobus penſatur modis. Primo, ſi bono aduerſetur humano, ut puta ratione aliqua cuipiam prædictarum quatuor contraria, videlicet ex defectu aut debiti finis, aut agentis, aut materię, aut formæ. Altero modo, ſi contraria ſit bono diuino. Et quamuis nequeant Deo eſſe contrariæ niſi ratione materiæ, uel alium prædictarum cauſſarum, notatur tamen diſtinctio hæc, ut ad tertiam concluſionem ſternatur aditus, quæ talis eſt:

Tertiæ conclu. Leges illæ, quæ humano tantum bono aduerſantur, licet in conſcientia de ſe non obligent, ligant tamen quandoque ratione ſcandali, quæ uero diuino bono impie repugnant, nullatenus ſed aperte eſt illis obuiandum. Prius membrum patet. Nam in his quæ præ ſe non fuerunt manifeſtam tyrannidem, reſiſtere potentibus non eſt citra ſcandalum poſſibile, & ideo ferendi interim ſunt quouſque leniori uia in mente ſaniorem aducantur. Huc enim pertinet Chriſtianum conſilium, Matth. 5. Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo & alia duo, & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium. (Matth.) At uero ſi tyranni uel ad idolatriam nos ſuis legibus inducerent, uel a noſtris arcerent ſacramentis, uel ad alios mores aut ritus fidei contrarios propellerent, nullum eſſet formidandum ſcandalum, ſed illud eſſet grauiſſimum, ſi illis non ſtatim

poſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſt habita vita obſiſteremus. Hic enim eſt
Act. 5. legitimus ſenſus illius Act. 5. Obedire opor
tet Deo magis, quam hominibus Sic nan
que reſpondit Petrus principi ſacerdotum
præcipienti, ne in nomine Chriſti prædi-
carent. Hiſce iniuſtitiæ formulis ex arte di
ſpoſitis uniuerſæ comprehenduntur, quas
iuris interpretes ad duodecim, vel plures
cogeſtim multiplicant, ut eſt tum apud æ-
Syluest. lios Summiſtas videret, tum apud Sylueſ.
verbo, lex. §. 9. Vt autem hæc accuratius
collimentur, ſpeculandum primum de pri
ma concluſione eſt, quo ſic gradu tenen-
Quęſtio Solutio. da. Ad quod reſpondetur, non eſſe tam ſu-
blimi, tamq; firmo certitudinis gradu con
ſtabilitam de ciuilibus legibus, quæ de ec-
cleſiaſticis, ob idque de eccleſiaſticis, Papę
potiſſimum, ac conſiliorum, adhibeẽ quar-
Quarta conclu. ta concluſio. Tanquam fides catholica con
fitendum eſt eccleſiaſticas, ſanctasque le-
ges obligare in foro conſcientiæ genere
ſuo ſub reatu mortalis maculę. Irrepſit. n.
Vvualdenſis. olim Vvaldenſium error, poſtq; Ioannis
Io. Vvicleff, Lutherus. Vvicleff, eorundemque tandem legitimi
hæredis Lutheri, q neque in Pontifice Ma
ximo, neque in tota eccleſia poteſtas ulla
eſt condendi aut articulos fidei, aut morũ
leges. Sic enim habet vigeſimus ſeptimus
eius articulus inter exhibitos ad Leonem.
Quare (vt aiunt) ſola illa mandata obligãt
in conſcientia, quæ in Euangelio explica-
Refutãtur hæreticis ſacrarum literarũ oraculis. ta ſunt. Extant autem apertiſſima teſtimo-
nia, quibus iſti confutantur, Vt eſt illud
Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos
ſpernit me ſpernit. Et Matth. 18. Si pecca-
uerit, &c. dic eccleſiæ, ſi eccleſiam non au-
dierit tibi ſicut ethnicus & publicanus, vbi
Luc. 10. compertiſſimum eſt iuriſdictionem eccle-
Mat. 18. ſiæ deſignari. Item quodcunque ligaueris
Ioã. 20. ſuper terram, erit ligatum & in cęlis. Et Io-
ann. 20. Data eſt mihi omnis poteſtas in
cœlo & in terra, ſicut miſit me uiuens pa-
ter, & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſan
ctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa
erunt, & quorum retinueritis, retenta,
erunt. Quid euidentius, quam illic (vt ait
Chryſo. Chryſoſtom.) collatam fuiſſe a Chriſto A-
poſtolis, ac ſubinde eccleſiæ poteſtatem,
quam ipſe attulerit a Patre? Eo præcipue,
quòd retinere peccata, functio eſt haben-
Deu. 17 tis poteſtatem obligandi. Et Deut. 17. lex
extat, quòd qui non obediret ſacerdoti,
morte moreretur, morte autem nemo ple
ctitur, niſi ob graue peccatum mortale, er-
go fortiori ratione lege noua quam & Chri
ſtus inſtituit, & Spiritus ſanctus gubernat,
eadem eſt auctoritas confitendæ. Idque ver
ba illa palam oſtendunt. Actus 15. Viſum Act. 15.
eſt Spiritui ſancto & nobis nihil vltra im-
ponere vobis, quam hæc neceſſaria, &cęt.
Re uera cum eccleſia ſuis legibus obligare Rõĩ hæreticos.
nos intelligat ſub reatu mortalis culpæ,
& Chriſtus ſuam ſit curam pollicitus, &
Spiritus ſancti regimen quem ad hoc ſe
miſſurum promiſit a patre, ne in rebus
tam arduis falli poſſit certiſſima colligitur
fides in hoc eandem eccleſiam non deſe-
ri, ſed certa pollere auctoritate obligandi.
Iam id demum de ratione finis conuinci-
tur Enimuero cum mortalium ſtatus nun-
quam ſit fixus, ſed pro temporum loco-
rumque diuerſitate lubrice uarietur, non
ſatis Chriſtus legibus a ſe poſitis eccleſiæ in
perpetuum conſuluiſſet, niſi poteſtatem re
liquiſſet in eccleſia nouas pro tempore con
dendi, quę in ſuo ipſius diuino foro obliga
re ualerent. Hereſis autem hæc iam in con-
cilio Viennenſi, ut habetur Clemen. ad no- Concil. Vienẽſe
ſtram, de hæret. & in Conſtantienſi, ac de-
inceps a Leone X. merito ſuo condemna- Concil. Conſtã.
ta eſt. At vero de poteſtate ciuili non eſt
tanto robore concluſio firma, quin ſint in Leo X.
contrarium argumenta nõnulla. Primum Arg. 1.
obligare ad culpam in foro conſcientiæ,
cum animas vulneret, videtur ſpiritualis
poteſtas, qualis in eccleſia eſt, non autem
in poteſtate ciuili. Secundo poteſtate ciui- Arg. 2.
lis non illucuſq; protenditur, ut poſſit pec-
cata remittere, conſequens ergo apparet,
vt neque poſſit in peccata conijcere. Ini-
quum enim cenſere quis poſſet ut qui reli-
gare nequit ligare valeat, eccleſia nam- Arg. 3.
que utrunque poteſt. Tertio, finis proxi-
mus ciuilis poteſtatis eſt temporarius rei-
publicæ ſtatus, ergo ad ęterna ſupplicia Arg. 4.
non ſe dilatat. Quarto, poteſtas quę in con-
ſcientia reum culpę punire nequit æterna
pœna non poteſt ſub reatu talis culpæ obli-
gare poteſtas autem ciuilis in foro con-
ſcientiæ nullam poteſt imponere pęnam,
ſicuti ſpiritualis, quæ illas in ſacramento
decernit pœnas, quas ſi hic non perſolueris Poſtremũ arg.
patieris in altero ſeculo. Poſtremo arguitur
ne articulus neruusque materiæ detega-
tur. Aut obligatio ad culpam eſt in arbitrio
principis ferentis legem, aut pręter ſuam
voluntatem ſequitur ex natura legis. Si
prius dederis ſit, Vt nunquam lex ciuilis
obliget

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obliget, ſub reatu culpæ, quia nulla eſt lex, quæ talem circunſtantiam exprimat. Si autem poſterius conceſſeris, ſcilicet, vt obligatio ſequatur ex natura legis conſequitur, vt princeps nullam poſſit condere legem, quæ non obliget ſub reatu culpæ, qđ tamen creditu durum eſt: quandoquidem in religionibus præcipue in noſtra, multæ ſunt leges nullo nos ligantes culpæ reatu. Veruntamen his nihil obſtantibus conclu

**Legis ciuiles ligant in conſciẽtia.**

ſio, quæ ſecundum mentem Diuus Thomas, primo loco aſſerta eſt, ſuam etiam incuſſam retinet ueritatem in ciuilibus legibus quippe quæ ad culpam obligant, & de genere ſuo ad mortalem.

**Probõ.**

Enim uero ſicut reipublicæ eccleſiaſticæ ſic & ciuili neceſſaria fuit ratione finis poteſtas ſeipſum gubernandi, atque adeo leges pro temporum regionumque varietate inſtituendi, licet hæc poteſtas (vt libro quarto ſub titu. de dominius, fuſius differendum eſt) aliter quam eccleſiaſtica a Deo defluxerit. Illum enim Chriſtus per ſe contulit eccleſiæ diuina lege: hæc autem per legem naturæ deſcendit, qua quælibet reſpublica ſeipſam adminiſtrandi auctoritatem habet, quam & regibus conferre potuit. Itaque quia reſpublica ciuilis familia quoque Dei eſt, fit vt ſicuti qui contra ſuas leges proximum oſtenderit ante eius tribunal reus habeatur, qui vero ſecundum eaſdem fuerit erga eoſdem proximos beneficus dignus habeatur præmio: ſic prorſus & qui leges humanas per poteſtatem, ab ipſo collatam conditas, vel violauerit, vel cuſtodierit. Et hoc eſt obligare in conſcientia. Sed confirmatur etiamnum eadem concluſio

**Confirmatio eiuſdem concluſ.**

Facere contra legem Principis, eſt malum mortale, ergo peccatum apud Deum. Antecedens eſt notum, quoniam ſi lex iuſta eſt, regula rationis exiſtit, prætergredi autem rationis lineam, obliquitas eſt, ac ſubinde peccatum. Conſequens nihilominus inde claret, quòd quidquid mali in moribus eſt, peccatum exiſtit, vt egregie Sanctus Thomas 1.2. quæſt. 21. diſſeruit.

**S. Tho.**

**Altera ratio ad idem,**

Deinde lex humana a naturali (vt dictum eſt) deriuatur, quæ conſtituit id quòd generale eſt in particulari ſpecie virtutis, vt genus pacis ad hoc quòd eſt armis non vti nocturnis, ergo leges humanæ obligant in foro conſcientiæ.

**Poſtremũ arg.**

Ac demum poſtremum adhibetur argumentum peculiariter de lege ciuili, Principis finis, licet proximus ſit, quietus ſtatus reipublicæ, ſupremus tamen eſt ſempiterna fęlicitas, ad quam ille tempotalis finis tendit, ergo poteſt ſuis legibus per uirtutem ſibi cœlitus donatam in illo ſupremo foro obligare. Colligamus ergo, quod licet non ſit manifeſtaria hæreſis, hanc auctoritatem & vigorem ciuilibus legibus veluti eccleſiaſticis denegare, eſſet tamen profecto temerarium & contra doctorum conſenſum, qui præcipuum habent nomẽ.

**Gerſonis placitum.**

At vero vnus Ioannes Gerſon, vir alias egregiæ notæ reuocare nos huc cegit in diſputationem, vtrum huiuſmodi humanę leges per ſeipſæ obligent inquantum humanæ ſunt, id eſt inquantum poteſtate hominibus conceſſa conditæ, an vero eatenus prorſus quatenus diuina lege ſtabiliuntur. Suſtinet enim tract. de vit. ſpe. lect. 4. opinionem de hac re ſingularem, nempe quòd nulla lex neque ciuilis, neque eccleſiaſtica, immo neque naturalis vim habet obligandi in conſcientia ad culpam, ſed ſola lex diuina eſt, quæ obligat, humana uero inquantum eſt illius interpres. Quæ quidem opinio non tantum nomine (ut quidam putant) a communi differt, ſed re certe latiſſime. Non inquam hoc tantum ait quòd leges humanæ idcirco obligent, quòd tales poteſtates diuinitus ſunt hominibus collatæ, hoc enim nos fatemur, ſed ait nullam eſſe poteſtatem creatam a Deo conceſſam obligandi ſub reatu culpæ, ſed tantum exponendi, & declarandi diuinum ius. Itaque Papa, ſecundum ipſum annalẽ præcipiens confeſſionem non obligat poteſtate ſua, ſed ius duntaxat declarat diuinum quoniam, inquit, ante eius ſanctionem lex Dei erat, annuatim confiteri, ſed quia nobis erat ignota, excuſabat ignorantia. Pari modo niſi ius, inquit fuiſſet diuinum. Quadrageſimam ieiunare, præceptum Papæ non obligaret ad culpam, at quia tale ius erat, illud per Papam declaratum nos ligat. Et multo (ut cenſet) uehementiori ratione leges principium, niſi declarationes ſint diuini iuris antea ignorari, nullatenus ad culpam obligant. Sicuti præceptum medici, qui decumbentem iubet a nocuo cibo abſtinere, non eſt obligatorium ad culpam, ſed propterea ægrotus illam incurrit, quòd tranſgreditur diuinam prohibitionem homicidij, quòd Medicus declarat eſu talis cibi perpetrari. Atque iſto ordine infert uſque ad qua-

tuordeci-

*Motiuũ Gerſon.*

tuordecim mirabilia corollaria. In ſumma vult, quod ſicut eccleſia articulos fidei condere nequit, niſi illos explicando qui in ſacra ſcriptura latitabant, ita neq. poteſt condere leges. Quin vero ait, neq. legem naturalem vllo pacto obligare, niſi ius explicando diuinum. Ecce opinionem Gerſonis a quam pauciſſimis intellectam, & ideo ab aliquibus creditam.

*Alia rõ eiuſdẽ.*

*Gerſonis poſitio parũ differt ab hæreſi Lutherana.*

*Prima rõ i Gerſonem.*

Ratio illius eſt, quia ſicut nemo niſi ſolus Deus poteſt conferre gratiam, ita neq. illam auferre, atq. adeo neq. obligare ad culpam per quã tollitur. Item ſicut eccleſia legem actib. internis ferre nequit, quia neq. illos punire valet, ſic quia æternã pœnam infligere non poteſt, quæ culpæ dẽtur, fit vt neq. valeat ad culpã obligare, atq. hac inquit de cauſſa Aug. definiuit pctm̃, quod ſit dictum, vel factũ, &c. cõtra legem Dei, quia. ſ. contra nullam aliam peccare contingit. At tamen ſi fas eſt ſic de doctore catholico loqui, perparũ differt ab hæreſi Lutherana mõ impugnata, quæ omnem aufert ab eccleſia põtatem condendi leges

*Secũda ratio.*

Immo Gerſonem ſibi Lutherani contra Catholicos patronum obtendũt, licet hoc mitius dicat, quod poteſt Papa diuinas leges declarare, Præterea, dicere quod ante ſanctiones eccleſiaſticas annua confeſſio, quadrageſimaliſq. abſtinentia, eſſet de iure diuino, gratis ſane dictum eſt, quin vero temerarie, quia nullo eſt pacto ſuaſibile. Erat quidem præceptum confeſſionis, ſed tamen t̃pis præſcriptio, eccleſiæ prudentię erat commiſſa

*Tertia ratio.*

Ad hæc, cum eccleſia hoc aut illud ſub pœna excõicationis præcipit, vt puta cõparere in iudicio, & ſimilia, quis dicere auſit illud fuiſſe ius diuinũ, niſi quia a Deo data erat Pontifici talis cogẽdi põtas, Itẽ Ioã. 20. Propterea præmiſit Chriſtus. Data eſt mihi oĩc ptãs. vt ſubdens Accipite Spiritũ ſãctũ, intelligeretur eãdẽ eccleſiæ cõferre. Ac poſtremo quõ Papa eſſet vicarius Chriſti, niſi leges eius famile & vrgẽtia pręcepta ponere poſſet? Eſt ergo certo certius in Eccleſia exiſtere põtatũ non ſolũ declarãdi diuinũ ius verũ condẽdi humanũ ꝙ iõ ſic nuncupatur, ꝙ a põtate humana proficiſcitur, licet diunitus recepta.

*Poſtrema rõ.*

Etenim ſicuti licet arbores & aĩalia a Deo receperint, virtutes gñandi, nihilominus creaturæ ipſe ꝑ ꝓpriã virtutẽ gñãt & operãtur, pariter hoĩes ꝑ ſuã põtatẽ cõdũt leges, quæ antea non obligabant, ſed ꝑꝑea obligãt, quia poſitæ ſunt ab hoĩb. ut 5. Eth. cap. 7. ait Ariſt. Iam uero ius naturæ ecquis neget per ſe obligare.

*Ariſtot.*

*Almain*

Almain. q. de pote. Eccleſiaſt. c. 12. concedit põtatẽ Eccleſiaſticã obligare poſſe ad culpam mortalẽ, quia Papa eſt uicarius Chriſti, negat id tamen de ciuili, niſi Gerſonico mõ. Nihilominus ueriſſimum etiam eſt de ciuili, ut ſupra expoſitum eſt ac demonſtratum. Vnde ad argumenta Gerſonis & ad ea quæ nos adiecimus, facile eſt rñdere.

*Ad primũ arg. Gerſon.*

*Ad ſecũdũ arg.*

Etenim licet Deus ſolus gratiam conferat, non ipſe aufert, ſed nos per ſcelera noſtra, & ideo nihil obſtat quo minus homines ex ſua ipſius inſtõne leges conſtituant, quarum tranſgreſſores de gratia, eius decidant eo quod ſuis miniſtris non obtemperarunt, ob. idq. quã hoĩes nequeunt æternam pęnam infligere, ipſe, ueluti ſummus oĩum iudex, infligat. Neq. obſtat quod ptãs ciuilis non ſe extendat ad remittenda peccata, quia diuerſa ſunt miniſteria, Dei, ut ait Pau. ubi autẽ Aug. dixit peccatum eſſe cõtra legem Dei, legem æternã inſinuauit, a quo omnes deriuantur, etiam humanæ quo ideo uno latiſſimo noĩe omnes comprehendit.

*Ad poſtremũ argum.*

*Diſcrimen inter Eccleſiaſticã poteſtatem, & ciuilem.*

Ad intellectum autem alius argumẽti uidelicet quõ leges principum obligent ad culpam, utrum. ſ. pro arbitrio ſuo, an uero ex natura legis. Notandum eſt diſcrimen inter Eccleſiaſticã ptãtem & ciuile. Eccleſi n. Prælati, quia ſpiritualium iudices ſunt, poſſunt leges cõdere, non modo conſtituendo opera in ſpecie certa uirtutis aut uitij, uerum etiã diſcernendo inter ueniale & mortale, atq. adeo decernendo tranſgreſſionem ſuę legis eſſe mortale crimen, ſeculares autem principes id nequeunt definire. ſ. ut leges ſuæ ſub culpa ueniali, aut mortali ſeruẽtur, ſed duntaxat cõſtituunt oꝑa in ſpẽ uirtutis, aut uitij. An uero trãſgreſſio, uel omiſſio mortalẽ labẽ trãſgreſſori impingat, ex rerũ natura examinandũ eſt. Dicamus exẽpli gratia præcipit Rex t̃pe famis frumentum nõ aſportari a regno, ut t̃pe inſtantis belli arma indui. Conſtituit ergo illa opera in ſpecie obediẽtiæ, & ſcd̃m ſpeciatim in uirtute fortitudinis. Et quia magni referunt, mortale eſt tunc nõ obtẽperãre. Præcipit autẽ aut nõ eqtate mulas, aut ſericis nõ indui, ꝙ idẽ ĩcipit eſſe tẽperãtiæ uirtus, aut nõ ferre arma, ꝙ iã ĩde eſt uirtus pacis, ſi parui referũt, erit inobdiẽtia nõ grauior q̃ uenialis. Sed ſoluẽda tunc reſtat alia ſupior obiectio, nẽpe ꝙ tũc princeps nõ poſ-

ſet leges ferre quæ non obligarent ad culpam, quod eſt falſum cum in religionibus tales ſint leges in vſu. Negatur autem conſequentia.

Quæſt.

Sed ſciſcitaris iã ſignum quo dignoſcendum eſt quæ nã lex obliget ad culpam quæ vero mi iumè.

Iuriſconſultorũ ſnīa.

Sũt inter iuris interpretes, qui aiunt leges quibus ſubnectitur pęne, non obligare ad culpam, hoc autem ſtatim art. proximo repudiabitur

Caieta.

Caiet. autem in materia de ieiunio, ait non ſatis conſtare legem ieiunij obligare ad mortale,

Eror Caietani.

quia non eſt lata cum illo additamento ſub mortali reatu, vbi inſinuat legẽ quæ id non explicat, non obligare ad culpam, porro autem (niſi ergo fallor) grauiſſime de hoc ipſe falſus eſt. Leges enim nunquã ferri conſueuerũt cum tali acceſſione. Præcipimus ſub reatu culpę mortalis, vel venialis ſed ex operis natura, & grauitate illud eſt perpendendum. Quocirca fidiſſima regula eſt: Omnis lex quæ abſolute fertur,

Pulcra regula.

hoc eſt quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam, vel venialem, vel mortalẽ ſed m p̃tium operis. Et ratio eſt aliquida,

Ratio regulæ.

qm̃ lex ſecũ affert obedientiæ præceptum: obedientia autem per ſe eſt virtus, & inobedientia, peccatum. Quo fit, vt quicun. legem ferre voluerint, ſiue ſeculares Principes, ſiue Eccleſiaſtici præpoſiti, quæ nõ obliget ad culpam, illud debent explanare. Neq. aliud poteſt conſtitui ſignum. Documento ſunt conſtitutiones noſtræ, in quarum capite ſic hr̃ regula nr̃a, & conſtitutiones non obligant nos ad culpam, ſed ad pęnam niſi propter præceptum vel contemptum Quod quidem documentum eſt, qđ niſi illa fieret adiectio non poſſe non obligare ad culpam.

Poſtremum dubium.

Supremum autem dubiũ in calce queſt. ſupereſt: Vtrum catenus leges humanas ſub reatu lethalis maculæ obligare valeant, vt mors etiam ſit etiam antea ſubeunda, quam vel omiſſione vel trãſgreſſione violetur?

Rõ dubitandi.

Apparet enim non tm̃ ineſſe virium in legislatorib humanis, cũ non ſint dñi vitæ & mortis.

Caieta Fundamẽtum Caieta.

Caiet. 1.2. qu. 96 art 4. conſtitui regulam qđ oĩs lex humana quæ obligat ad mortale obligat ſub inde pro ſui obſeruatione mortem perpeti, niſi caſus aliquis benignitate legem excipiatur.

Quo ſenſu Caie. opin. verum habeat.

Rõ eius eſt, quod mors animæ fugienda eſt prorſus antequam corporis, ob idq. cum lex humana obligat ad mortale, citius ſuccumbendum eſt gladio quam legi obuiãdum. Imo inquit, per inde eſt dicere, legẽ humanam non poſſe obligare ad mortem pro ſui obſeruatione, ac non poſſe conſtituere actum in culpa mortali. Appendet deinde aliqua exempla. Potius. n. debet homo interire, quam cum cõſanguinea matrimonium contrahere. Et in c. Sacris. de his, quę vi met vel cau. fi. ait Innoc. quod cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere, nullo obſtante metu licet cum excommunicatis cõicare.

Regula Caieta. non eſt vniuerſalis.

Arbitror tñ ſic verum eſſe, humanam legẽ valere tanto cum rigore obligare, vt tñ Caiet. rñſio cenſura indigeat. Igitur primum oĩum certum eſt, tanti referre poſſe reipublicæ id quod præcipitur, vt lex pro ſui obſeruatione ad mortẽ vſq. obliget. Etenim cum princeps in bello militi præcipit locũ ſeruare, vnde præſentaneum periculũ reipublicæ exiſtit, vitam potius quam locum deſerere debet. Immo quoties quidpiã ſub pæna capitis iubet, periculum ſubeũdũ eſt capitis pro legis cuſtodia. Nã etſi Princeps non ſit abſolute dñs vitæ, vti Deus, tñ accidente cauſſa põt ſubditos exponere morti, ſicut totũ partes.

ſoluitur rõ Caietani.

Nihilominus non eſt vſq. adeo vniuerſalis regula Caiet. Neq idẽ eſt obligare ad mortale, & obligare non obſtãte periculo mortis, nam lex ieiunij proculdubio ſub reatu mortali obligat, & nihilominus ſi tyrãnus mortẽ alicui minaretur, niſi ieiunium frangeret, nulla porro eſſet culpa illud frangere niſi dum tyrannus in contẽptũ legis ad id cogeret, tunc enim teneretur Chrianus potius mori. Enimuero quamuis potius ſit moriendum, quam peccãdum nihilominus nõ præſumitur lex tã rigide ſp cogere, & ideo an lex obliget ad mortem oppetendam, necne examinãdũ eſt ex operis grauitate Quin vero neq. lex diuina cum illa acrimonia nos vbiq. obligat. Nemo n. tenetur vel ſe vel filiũ cũ periculo mortis baptizare, aut alia ſuſcipere ſacra.

Leges eccleſiaſticæ nõ obligãt cũ diſcrimine mortis. Ratio dicti.

Quin vero crediderim Eccl. leges nunquã obligare tãta cogẽdi vehementia, niſi qñ vel cõtẽptus eiuſdẽ legis interueniret, vel iniuria fidei. Et iõ eſt, q a q metu mortis cõtra legẽ facit, non delinquit ex inobediẽtia, ſed metu, ſicut qui fame frãgit ieiuniũ, nõ formaliter peccat cõtra obediẽtiã, ſed cõtra temperantiã.

Satis fit alijs argumen. Caieta.

Qđ aũt nullo metu poſſit qs cõtrahere cũ cõſãguinea, hoc eſt q a nõ eſt materia mr̃imonij, nec fieri põt p metũ, ſed tal.s cõcubit᷒ eſſet fornicatio, Illud aũt caput, Sacris, citatũ oẽs intelligũt

de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de cõmunicatione in ſacris,& interuenien te ſcandalo. Si.n dum ſacerdos, coram notorijs excõicatis celebrat, plebs acciperet ſcandalum, ſuſpicans, leges eccleſiaſticas nullius eſſe ualoris, aut illum eſſe manifeſtarium in obedientem, in tali caſu potius deberet mori, quam id facere. Alias cõicare cum excõicatis ad fugiendum periculũ mortis, non eſſet lethale crimen.

Reſtat ergo rñdere, ad arg. in capite qõ
Ad primũ arg. nis propoſita. Primum autẽ iam ſolutũ eſt ſic.ſ.ꝙ licet hõ per ſe ptãtem non habeat in foro Dei, tñ tanquam eius miniſterio fungens præcipere id põt, cui qui ſi reſtiterit eius ordinationi,& ipſe ſibi damnationẽ acquirit, ſm Paul. ad Rom. 13. Secundo au
Paulus. tem argumẽto conceditur patremfamilias
Ad ſecũdũ arg. obligare poſſe ſuos liberos ad mortale. Vt ſi remillis eximii ponderis æquiſſime & ſeueriſſime præciperet Nam & eorum poteſtas Dño Deo eſt, nimirum præcipiente liberis honorare parentes. Vnde Aug. ſuper
Auguſt. Pſ.70 vbi iubet pater, ꝙ contra Dñm non ſit, ſic audiendus eſt qũo Deus, & Salom.
Salomõ Prouer. 6. Cõſerua fili mi præcepta piis tui. Et Apoſt. ad Rom. 1. aliis criminib. annu
Paulus. mera non obedire parentib. Super quibus verbis Ambroſius. Quanta, inquit, inſolen
Ambro. tia arrepti ſunt, vt neq. parentes ſuos quos auctores in natiuitate habent, agnoſcerent hoc n. eſſe ſine intellectu ſine charitate. ſ. Dei, peccatum autem charitati Dei ad verſum, mortale eſt. Et Deut. 21. Pæna mortis decernebatur filio qui contumax eſſet & proteruus, neque audiret patris aut matris imperium,& coercitus obedire contemne
Ariſtot. ret. Verba ſunt legis Quin uero & inter oẽs naturales obedientias (vt 1. Pol. Ari. docet) hæc eſt prima quæ parentib. debetur. Ad & vxor quãdoque teneretur ſub tali reatu obedire marito, tametſi eius præcepta, quia vi coerciua carent, uim nõ hñt legum. An uero in famulos & reliquã familiam eadẽ
Ad tertiũ arg. fungatur auctoritate, non facile crediderim. Ad tertium rñſum eſt in tertia conclu
Adquartum. ſione, ꝙ leges diuinis aduerſantes, non hñt legum robur, ſed ſunt potius conculcandę. Et ad eundem prope modum rñdetur ad quartum, quod ſnię, quę ideo penitus iuſtę ſunt, quod ſm tantum exterũ forum in falſa præſumptione fundatur, non obligãt in conſcientiam, quia cum ſint ueritati cõtrariæ, lex naturalis ac diuina aliud continet. Diuerſimodè tñ conſiderantur. Nam dum ſnĩa diuinæ legi non eſt oĩno contraria, tũc condemnatus, licet poſſit qũocunque citra ſcandalum & uim iudici illatam, iudicio ſe eximere, ꝑt nihilominus & eidem auſcultare. Vt contingit qñ innocens condẽnatur. Qñ vero diuina lex omnino eſt contraria, vt dum quis cogitur illam cognoſcere quę vere non eſt ſua, citius debet mori quam obedire. Et pari modo reſpõdetur ad quintum. Quãdo.n. leges humanæ iniquæ ſunt in ſubditos, ſi citra ſcandalum fieri poteſt, non eſt in conſcientia eis obediendum, ſecus ſi tale ſit ſcandalum oriretur. — Adquintum.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum omnis penalis lex obligat ad culpam.*

DVos hic articulos adhibere eſt operæ pretium de lege pęnali, in qua non nihil ſubeſt ſingularis ambiguitatis. Et primo quæritur vtrum humana lex quæ obligat ad penam, pariter obliget & ad culpã?
Et arguitur a parte negatiua. In primis le- — Prima ratio.
ges pænam irregularitatis continentes nõ omnes obligãt ad culpam, nam iudex qui iuſte eſt cauſa ſanguinis, irregularis, fit vt patet in titulo de homic. uolũtario. & Can. aliquantos diſt. 51. Et bigamus fit ſimiliter irregularis, ut patet 34. diſt. c. ſit cuius & tamen nulla illic ineſt culpa. Nam hæc vna forte ex cauſſa, ob quam regula iuris exceptionem fecit, ſine culpa (niſi ſubſit cauſſa non eſt aliquis puniendus.) vnde illud collectum eſt axioma. Etſi ſine cauſa non poteſt infligi pæna poteſt tamen ſiue culpa.
Secundo in religionibus (vt de natura iam ſupra dictum eſt) extant leges obligantes — Secũda ratio.
ad pœnam ſine culpa, ergo quotieſcunque princeps pænam adnectit legi, non poteſt cenſendus obligare ad culpam, ſed pæna eſſe contentus, ne oraculo illi aduerſetur. Na
uum Prophetæ c. 1. Non conſurget duplex — Naum.
tribulatio. Tertio, innumeræ ſunt leges — Tertia ratio.
tam diuinæ, quam humanæ quæ nullam induunt præcepti formam, ſed tantum pænæ, ut illa Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem &c. quinque boues pro uno boue & quatuor oues ꝓ una oue reſtituet. Et 2. q 3. Qui non probauerit quod obiecerit, pænam quam ipſe intulerit, patiatur. Et l. capitali. ff. de pæn. Sic habent leges, Incendiarii capite puniuntur. Fenerati capite puniẽdi sũt,& multæ sũt ſimiles quibus nihil

prorſus præcipitur, aut ꝓhibetur, ſed pœna tãtum ſtatuitur, ille ergo non obligant ad culpam, ſed prorſus pœnam in contrarium eſt Cano ius Cano. Satis peruerſum. 56. diſtin. vbi habetur, ſatis eſſe peruerſum, vt quis ſuis officijs priuetur, quẽ ſua culpa, vel facinus a ſuo gradu nõ deijcit. Et idẽ notatur. l. ſi putator. ff. ad l. Aq.

Quæſtio hæc, ſi natura pœnæ ſatis perpenderetur, non erat cur reuocaretur in dubium, adeo res per ſeipſa liquet. Sed qa vulgus neſcio quo colore ait legem quæ obligat ad pœnam, non obligare ad culpam, neceſſe eſt, errorem hunc elidere Reſpondetur ergo vnica generali concluſione. Nulla prorſus eſt, lex pęnalis, ſi legitime ſit pœnalis nominanda, quæ non obliget ad culpam, niſi contraria intentionem expreſſerit, dicendo, Non intendimus obligare ad culpam, aut quid ſimile, vt ſuperiorique expoſitum eſt. Concluſio eſt San. Thom. 1. 2. q. 108. art. 4. vbi eam, vt pleriq. omnia, luculenter dilucidat, & eſt lumine naturali notiſſima. Pœna enim vel ipſo atteſtante nomine iam cognatam habet cõnexionem ad culpam, vt pęnæ neque rem habeat, neque iuſtum nomen, niſi ſit pro culpa poſita. Loquimur enim hic de pœna iuridica, pro eo quod eſt vltio, & vindicta. Nam accipitur pœnam quoque phyſice pro cruciatu quem quis patitur vel a febre, vel ab alio quouis morbo afferente dolorem. Neque opus porro eſt alia probatione præter nominis ſignificationem. Vindicare enim & vicíſci, & ſupplicium poſcere, atque adeo pœnam infligere, neutiquã niſi pro culpa fas eſt Quocirca niſi culpa adſit impropríe, & præter verborum ſignificatum vſurpatur, fit. n. ꝑ pœnã iuſta repenſio culpæ, nẽpe vt qui ſuę obſeques voluntati deliquit (nam ſecundum Aug. vbi non eſt voluntarium, non eſt peccatum) contra eandem ſuam voluntatem patiatur. Secundo id probatur. Leges humanæ (vt proximo artic. conſtitutum eſt) ſi abſq. pœnæ cominatione obſolute ponantur, ad culpam obligant, at comminatio pœnę legi appoſita non eſt contrarij ſignũ, ergo tunc ẽt eadem manet obligatio ad culpã. Probatur minor, quia cõminatio pœnæ natura ſua illuc ſpectat, vt obſeruantius lex cuſtodiatur. Ea nam rõne in illo art. de legis actib. dictum eſt vnum legis finẽ eſſe punire, qđ ſicut in ſpeculabilib. per principia inducũtur concluſiones, ita & in practicis per comminationem pęnæ inducitur obſeruantia præcepti, ergo non ſolum pœna non eſt iudicium oblatæ culpæ, verum cõtra, apertũ eſt teſtimonium grauitatis ipſius, quæ de tranſgreſſione omiſſioneq. legis contrahitur. Tertio arguitur. Huius cauſſa ꝙ maior minorve aut maxima aſſuatur legi pœna, non alia afferri põt, quã proportio culpæ iuxta illud. Deut. 25. iuxta menſurã delicti erit & plagarũ modus. cuius ſimile eſt. c. Exiuit, extra, de his, quæ fi. a ma. par. ca. & c. Fęlicis de pœ. lib. 6. ergo quæcunq. pœna teſtimoniũ eſt culpæ. Accedit, quarto & diuinũ exemplũ. Illa n. lege quã Deus primã poſuit parentibus noſtris in ſtatu innocentiæ, quia eius præuaricatio tam longe grauiſſima erat, & enormiſſima, truculentiſſimam pœnam cõminatus eſt, dicẽs, in quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Quo factum eſt, vt mors morbiq. ac ceteræ calamitates & ærumnæ, quę ſi in puris eſſemus naturalib. conditi, nõ pęnæ ſed natura nobis eſſent iã nunc ob culpã Adæ expoliantis non originalis iuſtitia, quę nos ab his ſeruaſſet incolumes, pœnæ & dñæ ſunt, propterea, ꝙ mõ quodam eius nos parentis voluntate peccauimus. Punit ergo nemo niſi ob culpam, ſiue ſuã propriã, ſiue ſuorum parentum, quorũ pars quodãmodo exiſtit. Vñ illud Exo. 20. Ego ſum Deus zelotes viſitãs iniquitatem partiũ in filios. in tertiã & quartã gñationem. Fateor nos quidẽ qñq. a Deo flagellari, non ſolum ob delicta præterita, verũ vt in futurũ cautiores viuamus, illa vero flagella non tã pęna, ſun, ꝗ præſeruatoriæ medicinæ. Præterea & in originis culpam cuncta reſoluuntur. Deinde & alijs Dei exemplis eadem cõcluſio confirmatur. Etenim Exod. 21. & Leuit. 10. iuxta grauitates ſcelerũ pœnas ſtatuit. Qui maledixerit patri ſuo vel mr̃i, morte moriatur. Si męchatus fuerit quis cum vxore alterius morte moriatr̃, &c. Qua ꝑꝑ etſi in euangelio ꝑceptis Decalogi nulla ſit adiuncta pęna, tñ per humanas leges adhibitæ ſunt, vt. ſ. homicidia, & fur, & reliqui nequam impunique hoĩes mortis metu ab illorum violatione cohibeantur. Et eſt profecto cauilloſum diuerticulũ dicere, aliud eſſe in legib. diuinis, quã in humanis cũ potius leges humanæ diuinarũ eſſe debeant imitatrices Equis ꝑterea dubitet, qn cum Rex pęnam capitis cõminatus militi

iubet


Conclu-ſio rñſiua. S. Tho.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Proban tur con cluſio exemplis ſacrarũ literarũ. Exo. 21. Leu. 20.

iubet ne locum deſerat, mortalis ſit culpa inde referre pede? Quin vero infallibilis regula eſt ꝙ in neminem poteſt princeps pęnam capitis, aut mutilationis, aut exilij, aut oīum bonorum publicationis decernere, niſi pro tranſgreſſione vel omiſſione legis, quæ ſit lethalis culpa. Profecto non video vnde hęc pluſquam vulgaris opinio prodire potuit, ꝙ leges obligantes ad pęnam nō obligen ad culpam: cum pæna ſuapte natura, tum genuimus effectus, tum & apertum iudicium ſit culpæ. Sed tamen qui eam inuexerunt, non ſunt illiqui de natura rerū philoſophantur.

Aliorū opinio. Hēricus

At vero alij doctores hac parte doctiores, liccet concluſionem nſam non prorſus denegent moderantur tñ hac diſtinctione, quam ex Henrico Gandenſi quoli. 3. q. 22 deſumunt. Illa nanq; fortaſſe fuit qui vulgari opin. quam modo impugnabamus, anſam porrexit, tametſi ipſe moderatius opinatus eſt. Diſtinctio eius eſt hæc: Legum pænalium aliæ ſunt quæ præceptum explicant, vel prohibitione, cui pænæ comminationem adiungunt, & has qui illam defendunt, appellant pænales miſtas, hoc eſt obligantes ad culpam pariter & pænam, ſed aliæ ſunt quæ nullam exprimunt nec pręceptionem, nec prohioitionē ſed tantum pænam ſub conditione, quarū figuram in tertio argumēto propoſuimus Atque has appellant pure pænales, Aiunt ergo illas miſtas obligare ad culpam, has vero puras, minimam.

Explodi tur pteri ta opin.

Veruntamen (vt ſalua id auctorum exiſtimatione dixerim, qui digni ſunt pretio) callere mihi non videor uim huius diſtinctionis, immo inconcuſſam arbitror vniuerſalem veritatem nominæ concluſionis, nempe ꝙ nihil habere poteſt rationem pænæ, niſi ubi ſubeſt culpa, propter rationes factas. Sed abſente culpa, id quod fert imaginē pęnæ potius erit pretium, vel pactū, vel quid aliud, vt ſtatim in ſolutione ad tertium patebit.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur, ꝙ irregularitas, quæ ponitur pro nō delicto (nam de illis ſecus res habet) neutiquam rationem induit pænæ, ſed indecentiæ cuiuſdam, quę hoīem ad ſacros ordines ſacrorumq; functiones reddit inhabilem. Ecquis. n. dicat, ſi iudex iuſtiſſime addixit hoīem ſupplicio, veluti pęnā illi ſtatui, ne poſſit ad ſacros ordines promoueri. Ecquis inquam egregiæ virtuti pęnam unquā oppoſuit? Sed eſt indecorum atq indecens, vt li. 5. q. 1. dicturi ſumus, vt qui ſanguine cōtaminatur, ſacramēta innocentiſſimi agni diſpenſet. pari nanq. ratione bigamus non in pænam, ſed pp ſignificationem, quia Chriſtus vnicam ſibi eccleſiam deſponſauit, fit irregularis. Quemadmodum, & conſanguinei contrahendo matrimonio inhabiles ſunt & in idonei, non certam in pęnam, ſed propter rei abſurditatē. Qua pp regula iuris vniuerſalem continet veritatē quod ſine culpa non eſt aliquis puniendus. Nam interiecta parentheſi, niſi ſubſit cauſſa, ſi gloſſam auſcultes, ſolum docet, vbi interuenerit citra culpam cauſſa, contingere poſſe ut homo propter indecentiam, quā irregularitatem uocant, ab aliqua dignitate repellatur, quam uis eadem parentheſis aliter a diuo Th. loco citato, quam a gloſſatores, intelligatur, uidelicet de flagellis iam memoratis diuinis quæ non tam in pænā commiſſorum criminum, quam ceu medicinæ in futurum infliguntur.

Ad ſecūdū arg.

Ad ſcm reſpōſum ſatis eſt, quod vbi lex ſuam expreſſerit intentionem non obligandi ad culpam, ſalua res erit. Inde tamen non ſequitur, vt vbi abſq; talis expreſſione ſubiungitur, pæna, tollatur ſubinde culpa, Nam verbum prophetiæ Naum nihil ad rem attinet, haud. n. duplex, illic tribulatio, idem eſt quod culpa & pæna. Sed illa ſententia miſericordiā Dei deſignat, qui pæna ſemel ad iuſtū perſoluta, nunquam alteram repoſcit.

Ad tertium.

Circa tertium arg illi qui diſtinctionem Henrici defenſant, contendunt leges illas commemoratas non obligare ad culpam. Neq; illarum ullam quæ extant Leuit. 20. Si mæchatus quis fuerit cum vxore alterius, mæchus & adultera morte moriantur, &c. breuiter, nullam ſeu Canonicam ſeu ciuilem quæ ponitur ſub hac cōditionis figura, obligare putant ad culpā ſed illas præciſè quæ iubendo explicant quidpiam fieri, aut non fieri ſub pænæ cominatione, vt eſt illa, Oīs vtriuſq; ſexus, de pænit. & remiſſ. Qua præcipitur, ut oīs ſemel in anno peccata ſua cōfiteatur, & ſaltē in die Paſchæ Euchariſtiæ ſacr̄m ſuſcipiat, alioquin & uiuens ab eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens eccleſiaſtica careat ſepultura.

Duo ad uertenda.

Hic autem duo adnotauerim.

Primū.

Vnū, quod & vera ſit hæc opinio, nihil ueritati concluſionis nſæ detrahitur, qm̄ illæ pęnæ non ſtatuūtur niſi pro culpis, quæ uel illis, uel aliis legib. vetantur.

Scdm. Diſtinctio.

Alterum eſt, quod illas ego leges pænales, ſiue di-

diuinas, ſiue canonicas, ſiue ciuiles quę delictis pœnas decernunt, negare non auderē, quin obligent ad culpam. Nam quamuis illa delicta alijs mādatis non eſſent prohibita in illis certe ſatis exprimitur, pœnas illas & maximè capitales ad cohibendas culpas illic inſinuatas inſtitui, quæ ideo culpæ illic virtualiter prohibentur. Vtendum ergo arbitror hac diſtinctione: Quando pœna applicatur culpæ vti in dictis legibus, obligatio fit ſub reatu culpæ, quando vero lex formam habet potius conceſſionis aut diſpenſationis, tunc talis lex non obligat ad culpam, ſed tñ neq. id quod ſub imagine pœnæ ſubiungitur, habet veram rationem pœnæ ſed pretij aut cōuentionis. Subdamus exempla Hæc lex, Qui frumentum è regno euexerit, illud perdat, aut talē luat pœnam, re vera obligat ad culpam. Attamen ſi intentio Regis non eſſet distractionem frumenti prohibere, ſed illa ratione pecuniam colligere, lex tunc non obligaret ad culpam, ſed tñ conditio ſubiuncta non eſſet pęna, ſed conceſſionis pretium, vt qui vellet euehere, tantum contribueret. Sicut & reſpublica poteſt & vetando legem hāc ferre. Qui ligna in nemore cæciderit, tali plectatur pœna, & rurſum ſinendo pro pretio, Qui cæciderit, tantum ſoluat. Eodē modo Si qs mulam equitauerit, illam perdat, profecto (vt reos) ad culpam obligat, ſed ſi poſt latam legem ciues diſpēſationem procurarent, uellentq. eā pretio redimere tunc lex hæc, Qui mulam equitauerit, tātum ſoluat, non eſt pœnalis, quia neque prohibitoria, ſed potius conceſſoria. Quod ſi contra nobis obijciantur inſtitutiones noſtræ, aliarumque, religionum in quibus ſic habetur. Nolumus obligare ad culpam, ſed ad pœnam, vbi pœna ſine culpa nominatur. Reſpondetur tales non eſſe propriè ac legitime, pœnas, ſed ſunt quaſi conuentiones & pacta, quia monachi tali ſe uolunt voto aſtringere, vt ſi hæc fecerint, illa patiantur. Dicuntur autem nō ineptè pænæ, quia propter res veritas exiguntur, ac rependuntur. Cuius inſtar in noſtro libello de Abuſu iuramentorum cauendo, dicebamus quod citra obligationem ad nouam culpam pōt quiſq. ſe aſtringere, vt quotieſcunque iuramento fuerit abuſus, tantum pendat. Alleget hic quiſpiā contra nos forſan leges aliquas ciuiles ſtatuentes pœnas, vbi non apparet ſubeſſe culpa, quales ſunt illæ de effractoribus carcerū vt fugiant. ff. de effract. l. de ijs, & ff. de cuſt. & exhib. reo, l. in eos cū tamen liceat citra culpam cuicunq. uincto id facere. Sed de his lib. 5. q. 6. reſpondebimus, ꝙ vel eſt illis, uel præſumitur culpa.

Obiectio.

Reſponſio.

Altera obiectio Solutio.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum lex pœnalis in foro conſcientiæ ante iudicis condemnationem obliget ad pœnam.*

ARticulus proximus, quo definitiū eſt legem pænalem & ad culpam ſimul & ad pęnam obligare, in hanc nos diſputationem mittit eidem agnatam, vtrum ſicuti ad culpam, ita & ad pænam ante iudicis condemnationem obliget? Et arguitur a parte affirmatiua: Leges huiuſmodi (vt dictum eſt) non habent minorem vim obligandi ad pænam, quam ad culpam, & ideo legis virtus, tam eſt punire (vt ſupra dictū eſt) quā imperare, ad culpā aūt abſq. iudicis ſententia obligant, ergo & ad pænam pari modo obligare poſſunt. Secūdo arguitur, Iudex vigore legis per ſuam ſententiā obligat ad pęnam, ergo maiori rōne lex per ſe ipſa. Aliter minoris eſſet vigoris lex, qui iudex, cum tñ contra tota ſententiæ virtus a lege dimanet. Quin vero quiſq. ēt poteſt ſe ad pœnam obligare, quam abſq. vlla ſentētia tenetur exoluere, vt dum quis vouit, ſi certum admiſerit crimen, tali ſe pœna vltū ire, cur ergo lex id nō poſſit? Tertio arguitur, Leges diuinæ ante iudicis ſententiam obligant ad pęnam: poſſunt ergo & ſimiles humanitas condi poſtquam auctoritas humana a diuina deriuatur. Extabat. n. antiquitus Leui. 15. lex, vt qui mulierem tetigiſſet fluxu ſanguinis pollutam, immūdus eſſet vſq ad ueſperam, quæ quidem immūdities abſq. vlla ſententia contrahebatur. Et ſimiles fere extabant leges de leproſis alijsq. infectis hominibus, qui ipſo facto tenebantur ab aliorū ſe arcere contubernio. Item & ſacrificia quæ ad expianda piacula iubebantur offerri tenebātur delictores in cōſciētia ſacerdotibus exhibere. Et modo eadē rōne eccleſia, pōt pro aliquib. peccatis ſtatuere pœnas, ſicuti quadrageſimale ieiuniū indixit, quas nos merito pœnitentias tenemur perpeti ergo lex obligat in cōſcientia. His accedit & lex Chriſti Matt. 16. Quid dimiſerit vxorē ſuam, excepta fornica.

Primū arg. affirmatiuæ partis.

Secūdū.

Tertiū

nicationis cauſſa, facit eã mœchari, quia inſinuatur licere dimittere adulterã, quantũ ad tori ſeparationem in conſcientia antequam cauſa in iudicium deferatur, quam quidem pœnam ipſe tenetur pati. Quarto & de legibus multis humanis arguitur. In primis pōt defunctus vſumfructum prædij legare vxori ea lege ſi publice vixerit, aut ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias, quam idcirco conditione cum primum fregerit, tenetur legatum hæredi remittere. Et pōt pari rōne qui collegiũ aliquod de ſua ſubſtantia inſtituit, leges condere, vt quicunq. collegarum hoc aut illud admiſerit crimẽ priuatus ſit collegij iuribus, aut quod a collegio receperat reſtituat, quæ quidẽ leges abſq. alia iudicis ſententia in conſcientia obligant. Et pōt Rex tali lege iudices miniſtroſq iuſtitiæ ad munera reipublicæ aſſumere, vt quicunq. iudicium vendiderit, aut munuſcula ſuſceperit, eo ipſo nulla alia ſpectata ſententia tali aut tali pœnæ ſubiaceat Quales ſane leges in Hiſpania alijsque bene inſtitutis prouinciis extãt, quæ quidem profecto conſcientiam perſtringunt. Et in noſtra Vniuerſitate ſtatutum eſt, vt ſcholaris qui in petitione cathedræ prenſauerit ſeu ambierit (quod ſubornare vocant) ipſo facto ſit ſuffragatoria voce priuatus. Præterea quinto cum Rex lege pretium ſtatuit frumenti vel quarum cunq. aliarum mercium, adiicens tranſgreſſori, pœnam obligat ad eandem pœnam in conſcientia. Et inter omnes extãt leges pręſcriptionis, quarum virtute poſſeſſor bonæ fidei abſq. vlla iudicis ſententia in conſcientia acquirit in decennio rerum mobilium dominium, & numero quadraginta annorum rerum ẽt immobilium, vt late patet vtraq. iure, ſub eiſdem ti. de præſcript. hæc autem lex eſt pœnalis, ob negligentiam quippe illius qui tanto temporis interuallo rem ſuam neglexerit, priua eius dominio, ergo lex pœnalis ante iudicis ſententiam obligat in conſciẽtia. Sexto arguitur ex c. ſi quidẽ præſcr. li. 6. vbi duo diſtinguuntur modi quibus pōt quiſpiam rebus poſſeſſis priuari. ſ. aut per ſententiam, aut ipſo iure. Etenim niſi lex ꝑ ſe ante iudicis ſententiam reum multaret, inanis eſſet illa diſtinctio, quia non ſuper eſſet niſi vnus puniendi modus ſ. per ſentẽtiam Septimo leges iure ſub diuerſa forma ſtatuuntur pœnales Aliæ quippe ſunt quæ explicant ſententiam ferendam, illæ. ſ. quæ tantum ſunt monitoriæ, vt habetur in glo. ſuper c. vnico. de ſagitta. videlicet quoties dicitur, præcipimus ſub pœna ſeu ſub interminatione, vel excommunicationis, vel anathemis, vel ſuſpenſionis. Vnde illud verbum capituli, Dolentis de celeb. Miſ. ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus. ſic gloſſatores legunt, vt ipſum intelligant ſolum illic ferendam ſententiam comminari. Et expreſſius c. relatũ de iure patro. poſt verbum, ſub anathematis interminatione prohibere curetis continuo ſubnectitur Si quis autem prohibitionis veſtræ contemptor extiterit, excommunicationis ſubdatis. Aliæ vero extat vrgentiores leges, puta quæ pœnas non admonendo comminantur, ſed caſtigando infligũt. Quarum vtiq. quatuor habentur c. cum ſecundum leges, de hære. lib. 6. Prima, vt contrahentes inceſtas nuptias, naturæ nefarias, hoc eſt, turpitudine ſe contra naturam polluentes, ipſo facto ſuarum rerum dominium perdunt. Secunda, vt rapta mulier quæ contra volũtatem parentum raptori nupſerit, omnia bona ipſo iure amittat. Tertio vt illi etiam qui arma vel ſpecies ad hoſtes fidei tranſuexerint, earundẽ ſpecierum & rerum proprietate hoc ipſo priuentur Ac præ omnibus Quarto, vt hæretici ipſo facto priuẽtur bonis ſuis, quæ fiſco adiudicent, quæ quidẽ priuationes ipſo facto (vt illic refertur) fiũt ſecundum ciuiles leges. His inſuper quintus adhibetur caſus in crimine læſæ maie. vt habetur. l. fin. C. ad le. Iu maie. Et ſextus iure Can aduerſos eos, qui vel Romanæ eccleſiæ cardinalem percuſſerint, vel cæperint, vt patet in cap. Felicis de pœna. Nam hi reputantur eccleſię maieſtatem læſiſſe. Et ſeptima eſt lex ſimilis in eos, qui mutilãt, vulnera &c. Romipetas, vel peregrinos in Hieruſalem, vt patet ex more Romano, quo in cœna Domini omnes illi declarãtur excommunicati atq. ſuis priuati bonis. Vniuerſos inquam hoc genus criminoſos legib. ſancitum eſt ipſo facto rebus ſuis multari. Vnde fit conſequẽs, leges obligare ad pœnam in foro cōſciẽtiæ, nã alias nullũ ſupereſſet interſtitium inter hmōi leges atq. alias monitorias. Et cōfirmatur rō, q̃a pęna excōicationis, ſuſpenſionis & irregularitatis ipſo facto ante iudicis ſnīam incurritur. Octauo lōge vrgẽtius arguiẽ ex c. ꝓ humani. de ho. volũ li. 6. illic. n. in eos qui ꝑ aſſaſſinos quẽpiã occiderint, illa ꝓferiẽ ſnīa, vt

Quartũ argum. (margin, beside "quam cauſa in iudicium deferatur")

Quintũ argum. (margin, beside "ſeu ambierit")

Sextum argum. (margin, beside "6. vbi duo diſtinguuntur")

Septimũ arg. (margin, beside "tiam Septimo leges")

Octauũ argum. (margin, beside "Octauo lōge vrgẽtius")

excommunicati, omni honore & ordine & officio & beneficio ipſo facto priuentur, eademq. libere alijs conferantur. Itaq. poſtquam ſcelus probabilibus argumentis conſtiterit, nullatenus alia ſentẽtia requiratur. Verba legis ſunt. Accedit & vehementiori tenore Pauli II. Decretalis Extrauagans, Ambitioſæ. in qua aduerſus illos qui eccleſiaſtica bona alienauerint. truculẽtior denunciatur cenſura, nẽpe vt ipſo facto, abſq. declaratione aliqua, ſint ſuis beneficijs & dignitatib. priuati. In contrarium autem facit, quod in eod. c. cum ſecundum leges. poſt illud verbum, Bona hæreticorum ipſo iure decernimus cõfiſcata ſubiungitur, Cõfiſcationis tamen hmõi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non dẽt per principes, aut alios dominos temporales (vt iuxta Gregorii Papæ prædeceſſoris niſi declarationem) antequam per Epm loci vel aliam perſonã eccleſiaſt. quæ ſuper hoc habet poteſtatem ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.

Paulus ſecũdus

Queſtionem præſentem pluribus quam forte pare etiam, diſſertam curabo, eo qđ viri egregie docti illam cõtrouertũt. Quorũ eſt Alfonſ. Caſtro Franſciſcanus, de iris, certe, & religione benemeritus, ac mihi ꝓinde obſeruãdus. Nã quamuis tũ in aliis, tũ etiam forſam & in hoc certius me, tem cõiectauerit. videor mihi tamen paulo aliter sẽtire. Rñdebo ergo more nostro ad qõnẽ quinq. conclõnibus, ac perinde rationib. ac teſtimoniis quæ cõtra obijciuntur, ꝓ meo captuſatagam reſpõdere. Neq. vero tãti diſputationẽ feciſſem, niſi tanti familiæ Chriſtianæ referret conſcientia de hac re informari. Quo autem perſpicua ſit lucidaq oratio, ex multis quæ de leges pænali diſputãtur, hoc ſolum ad rẽ potiſſimum ſcire pertinet. Vtrum eo ipſo quod quis traſgreditur legem, quæ in ipſo facto tranſgreſſorẽ ſuis bonis priuat, teneatur in conſcientia fiſco eadem bona mancipare, an vero citra culpam poſſit ea retinere, vſq. ad iudicis ſñiã, vel ob id quod illuc vſq. dñium retinet, vel quia poſſeſſionis ſeu cõceſſionis iure potitur? Hęc nanq. quę cauſſam interrogat, noua eſt quæſtio Prima ergo eſt cõcluſio; Lex pænalis ob id quod dicat ipſo facto, vel ipſo iure, aut quid ſimile, nõ obligat ad pænã ante ſententiam a iudice latam, ſic vt reus teneatur in conſcĩa bona ſua ſtatim cõmiſſa culpa a ſe ab alienare. Sed ſi quæ lex taliter obligat, aliũde arbitrandum eſt. Hãc ergo cõcluſionem Abb. Panor. ſalua eius auctoritate, e regione cõtrapoimus. Cuius regula eſt ſuper c. Canonum de cõſt. & c. dilecti. de arbi. quod ille cuius bona ſunt ipſo facto cõfiſcata nõ poteſt illa cum bona cõſcientia retinere, quia ſtatim ſunt, inquit, acquiſta fiſco. Verba eius ſunt in d. c. Canonum. Et quoniam teſtimonia naturalibus rõnibus eluceſcũt, ab eiuſmodi rõnibus exordia eo præſertim quod patroni cõtraria ſententiæ illi principio nituntur quod nullum (vt aiunt) ius vel humanũ, vel diuinũ, vel naturale ſententiam noſtram adſtruit, cum tamen licet lex nulla, humana aut diuina, expreſſe hoc aſſerat. naturales rõnes legis naturalis ſint interpretes. Quare prudenter idem religioſus auctor Theologos curauit admonitos, ne citationib. Doct. eſſent contenti. Ratio ergo prima eſt hæc. Pęna (vt nomen ipſum ſonat) inde dicitur, ꝙ paſſio eſt, natura aũt abhorret idẽ ſit agẽs & patiens ergo lex quę miniſtrũ me ipſum faceret executorem meę pænæ, nõ eſſet naturæ conformis, atq. iõ cum (vt ſupra dictũ eſt) humanæ leges a naturali deriuẽtur, nulla ſic eſt obligatoria. At quoniam patronis cõtrariæ opinionis per quam debilis apparet hæc rõ perpẽdamus quanti ſit põderis. Lex, regula eſt inanimis noſtrarũ actionũ, quę ꝑ iuſtitię miniſtros applicãda ſubditis eſt, ergo ad miniſtro pertinet ſuos ſubditos ad legis obſeruantiã cogere, coactio aũt fit per pænæ inflictionẽ, ergo talis aĩaduerſio ad iudicem pertinet, & contra naturam in ſeipſum cõmitteretur. Ob id namq. Ariſ. 1. Ethic. appellauit iudicẽ iuſtũ aĩatũ qui dẽt ex lege agere in reum. Quaꝓp ſi eo bene conijcio, lex pænalis duob. membris ad diuerſos loquitur, cũ. n. iubet ne quis qđ faciat ſubditos alloquitur cũ vero addit, contra faciens eo ipſo dñium rerũ perdat, aut ipſo iure bona amittat. aũt bona eius ſint cõfiſcata, nõ tã cũ ſubditis loquitur, q̃ cum iudicibus, iuſtitia executoribus, quibus talẽ imperat animaduerſionem. Secũdo (quod mihi vrgens argum. eſt) quãtumuis lex pænam comminetur, æquiſſimum tamen naturæ iuſ illæſũ ſeruat, ꝙ eſt delinquens audiatur. Hic namque illa emanauit cõſtituiſſima firmiſſimaq. ſententia Greg de cauſ. poſ. & propr. c. ſu ceptis. Nos contra inauditam partem nihil poſſumus definire. Nõ ait ſolũ, nõ volumus, ſed nõ poſſumus. Na-

Fit planus qõnis titulus.

Prima conclu.

Panormitan.

Præfatę cõclõnãles rõnes aſtipulãtur

Prima rõ ꝓ cõcluſiõe.

Explicatur ꝑterita rõ.

Secũdũ argum.

Gregor.

tura

tura ſcilicet id vetante. Enimuero cum lex ut ſupra monſtratum eſt, comuni feratur, neque ſingulares contingentium circunſtantias potuerit proſpicere, munus hoc delegatum eſt iudici, vt eidem perſpectis ſententiam ferrat. Poteſt ſi quidem reus allegare vel ignorantiam, vel infirmitatem vel vehementiſſimam occaſionem vel fortaſſe quod non tam grauiter in l. impegerit, vt dignus ſit totius pænæ acerbitate. Quapropter etiam in crimine hæreſeos, quod omnium eſt impientiſſimum, & execrabiliſſimum, auditur hæreticus quouis modo voluerit ſuum factum excuſare. Et contingit ſępiſſime tam tenue eſſe delictũ, ut non agatur in ipſum toto rigore iuris, atq. adeo neq. expolietur omnibus ſuis bonis. Et pari ratione, immo æqori in crimine lęſæ maieſtatis atq; in alijs quibuſcunq. perpendenda eſt cauſſa in particularis, & ſecundum grauitatem aut leuitatem indicandum, ēt ſi lex millies dicat ipſo facto, & eo ipſo facto eteo ipſo: quoniam ἐπιείκεια nulla põt lege a iudicijs ablegari. Quapropter quod lex ait, ipſo facto, idem eſt quod ex natura, & genere facti. cui non obſtat quo minus de quantitate & modo facti ſit rurſus expendenda pæna, quemadmodum ab ipſo legislatore ſi præſens eſſet. fieret Et inde quoq. alia ſanctiſſima lex dimanauit, vt nemo niſi vel confeſſus condemnetur, vel conuictus, ut habet Can. Nos in quemquam, & Can. Iudex 1. q. 7. Quod ſi rõ hæc ſuſcipitur, uide in quas anguſtias miſerum delictorē cõiicias, ſi ante ſniam iudicis teneatur bona ipſe ſua (ut habet contraria opinio) fiſco tradere. Profecto non ſolũ eũ cogis vt executor ſit legis aduerſum ſeipſum, quod natura nõ fert, verũ, & iudicem conſtituis, nempe, vt ipſe perpendat an delictum ſuum tantam mereatur penam. Fac exempli gratia, hominem ſcientem ac prudentem leuem hæreſim ſecutum mente concepiſſe, tum etiam protuliſſe ore in qua diē tantũ vel pręciſam horam priuatim durauit. Vtrum ſtatim eum in conſcientia cogere debes, ut ampliſſimã ſuam ſubſtantiam, etiam dum ditiſſimus eſt, fiſco offerat, quamuis in mentem redactus firmus ſit iam in fide. Re uera atrociſſima eſſet cenſura, neq. vllus, nec ſecularis nec eccleſiaſticus iudex talē pronunciaſſet ſniam, tantũ abeſt ut eſſet priuatim in cõſcientia cogēdas. Et tñ ſi vera eſſet cõtraria opinio maxime eorum quam tenent etiam pro occulto crimine quod nullatenus probari poteſt, incurri in pænam iuris. cogendus eſſet, quoniam qui nullam ſibi poteſt ignorantiam ꝑtexere, uere hæreticus eſt Imò ut ex vſu aliud capiamus argumentum qs vnq̃ ſacerdotum in illas anguſtias pænitente adegit, vt ante condemnatione ſua publicaret bona? Accedit præterea tertio, ꝙ leges humanæ (vt ſupra ab Iſidoro docti ſumus) debent eſſe tolerabiles atq. ad hominum imbellitatem accõmodatæ, quas ēt illi qui non ſunt adeo virtute progreſſi, ferre poſſint, ſi tñ lex noĩes ſic diſtingeret, vt ſua ſubſtantia quantũuis locupleti, ſua ſe ſponte nudarent, intolerabilis eſſet, & ſuaui leuiq. iugo Chriſti longe diſſimilis. Neq. ad uexſariorũ rõ concludit, qua aiũt hoc modo cautius oſeruari leges, nam talis debet adhiberi cautela cuſtodiēda legis, vt tamē non fiat obſeruatu impoſſibilis, At quoniã de occulto hęretico tetigimus cuius nullus eſt teſtis, inde ſumamus arg quartũ, quod ſit hoc Dilēma: Aut uis occculum hæreticum. ſ. qui abſq. vllo teſte protulit exterius hæreſim incorrere ciuiles pænas iuris (nam de excõicatione a nemine dubitatur) vel ſecus, prius duriſſimum ſane eſt opinatu, ſi tamen non incurrit niſi q̃do protulit coram teſtibus indeſumitur manifeſtum arg. quod ante condemnationem non tenetur pænas luere, nã cum teſtes nullatenus sũt neceſſarii, niſi proter iudicium qui negatiuam iudicis eſſe neceſſariam ad priuationem bonorum, gratis dat teſtes eſſe neceſſarios, vt hæreticus ſit reus pænæ iuris. Hoc arg. licet non fecerit prenominatus auctor, occulte tñ proſpexit, dum q. 15. 2. libri conſeſſit cũ ſuo Panor. occultum hæreticum incurrere pænã iuris nã ſcd̃m ſuã opinionē ad hũc effectũ ſuꝑflui ſunt teſtes, Fũdamētũ aũt ꝙ huic aſſertioni ſuæ ſubiecit, nõ ſolũ nõ vr̃ ſolidum verũ cõtrariæ potius ſententiæ ſuffragatur fundamētũ ſumitur ex c. accuſatus de here. l. 6. vbi Papa ꝓcipit confiſcationē fieri bonorum hæretici defuncti cuius hęreſis, ipſo uiuēte, nõ dũ ĩ notuerat. At tñ ex illo apertius colligitur hæreſim illã non fuiſſe occulrã, ſiqdē poſt mortē patuerũt teſtes. Et re uera cõdēnare hominē deliquētē ſimpliciter occultũ, contrariũ [illegible] vr̃ nõ ſolũ c. Scd̃m leges confiſcationē uetãri añ ſniã iudicis, verũ et toti ordini iur. quo ſãcitũ eſt vt, nemo niſi uia uel inqſitio, uel

Alterũ argum.

Tertia ratio.

Rõ aduerſariorũ debilis.

Qurtũ argum.

Prefatæ aſſertionis fundamētũ parũ ſolidum.

denun-

denuntiationis, vel accuſationis puniatur, quia ſemper iura id quod probari nequit, non eſſe ſui fori reputarunt, excepta excommunicationis, cenſura, quæ natura ſua cognitionem cauſſe non requirit, ſed ſolam iuris præmonitionem. Sed quintum hic peculiariter argumentum adhibeam. vt dicta præfati doctoris intelligam. In ſecundo ſuorum lib. quibus egregie de Iuſta hæreticorum punitione diſputauit. capit. 6. dixit quod non omnis proferens hæreſim incurrit pœnam iuris, ſed tantum hæreticus, vt habetur in d. cap. ſecundum leges: Puta ille qui hæreſis pertinax eſt. Aut ergo appellat pertinacem eum qui contra ſolam legem rebbellis eſt puta qui conſulto negat id quod ſcit eſſe contra ſcripturam, vel contra ſanctam eccleſiam, aut nondum reputat pertinacem quo aduſque in iudicio admonitus modicus hæreſim, retineat. Si prius dicat, non intelligo cur adhibuit in diſtinct. c. 6 quod illi qui admoniti ſtatim reuocant & damnant errorem ſuum, non pœna iuris, ſed arbitranda puniendi ſunt. Nam illic propalam loquitur de admonitione, non iuris, ſed iudicis, Si autem illic intellexit, vt planè videtur intellexiſſe, non incurrere hæreticum pœnam iuris niſi in illo articulo quo in iudicio admonitus non reſipiſcit, tunc tota eius machina ruit. Primum enim falſum eſt occultum hereticum cuius nulla haberi poteſt probatio, priuatum eſſe ſuis bonis. Quin vero palam ſequitur neminem ipſo iure & facto priuari quouſque in iudicium trahatur, vbi non ſolum de hæreſi, ſed de pertinacia condemnetur. Præterea tota practica inquiſitorum negantur. Nam quicunq. manifeſtatiam hæreſim ſecum abſq. arbitris affirmauit, niſi ignorantia excuſetur, cenſetur hæreticus. i. excommunicatus tanquam pertinax contra admonitionem legis. Et ideo licet nunquam fuerit admonitus ab homine, ſi in iudicio poſt conuinceretur, iure poſſent eius omnia bona confiſcari, & confiſcantur, niſi ob hæreſis leuitatem aliqua ei remittantur. Tametſi dum veniam petit non relaxatur, ſed reconciliatur. Secus de illo qui tantum eſt ſuſpectus de hæreſi in quem non habet pœna iuris locum, ſed arbitraria. Hæc dixerim non ad reuincendum

*Quinta ratio.*

*Altera ratio.*

actorem, ſed ad hoc per eius dicta confirmandum, quod occultus hæreticus non tenetur tradere bona ſua quoaduſque ſit in iudicio de crimine conuictus. Id quod præterea ſexto inde maxime confirmatur, quod ſi quis nemine ſciente, hæreſim conſulto ſecum ore aſſeruit, & abſque vlla denunciatione, ſua ſponte ſe patribus ſancti tribunalis offeret, licet excommunicatus ipſo facto ſit, multari non ſolet omnibus ſuis bonis nec diffamari. Re uera ad hoc neſcio quomodo reſponderi poſſet. Accedit ſeptimo loco, & famigorata illi ſententia Chryſoſtomi ſuper Epiſtolam ad Hebr. quæ refertur de pœn. diſt. 1. Can. Quis aliquando, Non dico vt te prodas, ex qua fit conſequens quod nemo tenetur ſe prodere, niſi quem infamia, uel indicia, vel accuſatio iudicis auctoritate compulſum prodiderit, ſi tamen occultus reus teneretur bona ſua fiſco offerre, congeretur ſubinde ſe prodere, nam ſi eſſet inſignis perſona, qui aliter fieri poſſet vt illa traderet; Sed trifariam contendunt aduerſarij hanc rationem debilitare. Primo, illam in nos ipſos recutientes. Nam pariter inquiunt, ſequeretur quod neque fur qui clam fiſcum compilaſſet, teneretur reſtituere ne ſe proderet. Secundo, aiunt quod debent tunc reſtituere ſecrete per tertiam perſonam. Et tertio, quod ſi non poteſt citra infamiam, ceſſat neceſſitas reſtitutionis. Prima autem reſponſio, fuga eſt potius quam ſolutio. Lata eſt enim differentia inter pœnam & reſtitutionem, quod enim. Ait Chryſo. toto cõcordante iure, eſt quod nullus reus ea cauſa vt puniatur, tenetur ſe prodere, illa nimirum ratione quod nemo eſſe tenetur agens & patiens. Quod autem tu alteri ſurripuiſti, non in pœnam, ſed ratione iuſtitiæ commutatiuæ perſtringeris reſtituere, etiam ſi neceſſe fuerit teipſum cum aliqua infamia prodere, ſi ſecreto non potes, Illa quippe regula, vt nemo cum detrimento ſuę famæ debeat reſtituere pecuniam, lib. 4 ſub tit. de reſti. patebit quam ſit fallax, quamq. intollerabilis, & perniciota. ſic vniuerſaliter, vt iacet, abſque temperamentis exceptionibus intelligatur. Nam certe qui expilaſſet fiſcum aut magnam pecuniam cum detrimento etiã famæ, deberet reſtituere. Secus de periculo

*Sextum argum.*

*Septimũ arg. Chryſo.*

*Triplex euaſio p̃ teritæ rationis.*

*Refellũtur ad. uerſariorum rationes.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lo vitæ. Ad rem ergo, profectò ſi nemo tenetur vt pœnam ſubeat, ſe prodere conſequitur, vt neque illam in conſcientia debeat. Huic accedit argumentum ex l. aut facta, ff. de poen. §. nonnunquam, vbi habetur, quod ſupplicia exacerbantur quoties opus ſit exemplo eſſe multis. Debent ergo pœnæ exemplares eſſe & non occultæ. Octauo denique arguitur. Les( vt in cap. Secundum leges perſiſtamus) permittit reo ſua bona poſſidere vſque ad condemnationem, quin vero vetatur illa ſurripi, ergo idem reus bona fide poſſidet. Scio fautores contrariæ opinionis, & hoc argumentum imbecille exiſtimare. Cogerunt enim fallentias complures conſequentiæ huius, Fiſcalis iudex non poteſt exigere rei bona, ergo reus ipſe non tenetur ſua ſponte conferre. Vt enim habetur ff. de alea. l. 1. qui furatur in domo, ubi alea publicitus luditur, reſtituere quidem tenetur domino, ſed tamen domino in pænam; quia recepta luſores, non datur actio in iudicio. Atque inde inferunt, quod permittitur reo ipſo iure damnato ſua poſſidere, non illa permiſſione quæ culpam tollit, ſed illa quæ pænam non exigit, ſicut meretrices permittuntur. Attamen fallentiæ in primis quas adducunt, fallere nequeunt argumenti uim. Debet enim natura permiſſionis ex ſubiecta materia perpendi. Etenim cum quiſque antequam crimen admittat, dominus ſit legitimuſque ſuorum bonorum poſſeſſor, & lex ſtatim poſt poſitionem pænæ priuationis ſubiungat, ne conſiſcatio ante ſententiam iudicis executioni mandetur, aperte uidet reo concedere ſuorum bonorum uſum. Secus, ſi furaris. Neque opus eſt aliam adducere legem aut rationem huiuſmodi conceſſionis, vt reus bona fide poſſideat. Qua vtique ratione, vt habet de præſcri. libr. 9. cap. vlt hæredes defuncti bona ipſorum præſcribunt. Quamuis hoc bene videam perparum vigere. Nam etſi hæretici bona fide non poſſiderent, poſſent tamen illa habere hæredes ad præſcribendum propter ignorantiam criminis, ſicuti & latronis hæredibus uſu uenire poteſt. Profectò licet non ſim uſque adeo mei amator iudicij, tamen rationes iſtæ, ubi uel ſcriptura ſacra, uel expreſſus textus iuris mihi non obſtaret uti res uera non obſtat, efficatius mihi rem perſuaderent, quam longa Doctorum phalanx, qui ſimplices aliorum aſſertiones abſque vlla perſpicientia perluſtrant. quamuis neque probatiſſimorum teſtimonia nobis deſunt. Eſt enim in primis San. Thom. 2. 2. quæſt. 62. artic. 3. qui expreſſe ait, nominem ante condemnationem per iudicem ad pœnam teneri. Cui & Contad. tracta. 1. de contract. quæſtione ſettima ſubſcribit. Et Adria. quoli. 6. arti. primo. Neque vero, vt quidam putant, oppoſitum cenſuit in 4. vbi de his quæ ludo acquiruntur quæſt. diſputat. Illic enim hoc ait duntaxat, quod quis ea quæ ludo iure prohibito perdidit, ſoluitque poteſt ante ſententiam iudicis recuperare, ſi poteſt, cuius quidem ratio longe diuerſa eſt, quia lex ludorum non eſt pœnalis, ſed putat Adrianus impedire dominij tranſlationem. Caietan. item & eodem loco 2. 2. & in ſua ſumma, verſio, pæna, & Syluester in uerbo, hæreſis. 1. §. 8. ſed latius in verb. Aſſaſſinus. & inter Iuriſconſ. Archid. ſuper eodem cap. cum ſecundum leges libro ſexto eandem probat ſententiam. Cui Ancha. & Phil. Franc. & alij adhæreſcunt. Quin vero & Ioan. And. cap. pro humani. de homi lib. 5. & Bartol. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſcal. Et Gloſſ. capitulo. Fraternitas. 12. quæſt. 2. At parum ad rem refert, quam ſit numeroſa citatio. ubi ratio non adhibetur noua. Hoc tamen unum admonere non negligam, quod licet quantum ad alia puncta, an uidelicet, quando lex dicit ipſo facto, ſtatim reus priuetur rerum vel dominio vel poſſeſſione; alia ſit plurium opinio, alia uero pauciorum, tamen quod teneatur protinus ea reddere, non ſolum non eſt opinio communis Iuriſtarum, uerum neque eſt cur inter eos habere debeat auctoritatem. Primum, quia ad ipſos non attinet de foro conſcientiæ cenſere. Secundo quod inter antiquos unius tantum fuit Panormitani opinatio. Nam Fel. & alij non alia ratione eam amplectuuntur quam quod ille dixit. Quare non opus plures citare. quia uno nominato omnes connumeraſti. Et tertio, Syluest. ſolertiſſimus Docto. iuri explorator, in uerbo Aſſaſſinus, ait Abbatem in hoc non teneri. Secunda concluſio, Sententia excommunicationis, ut pote quæ ſpiritualis eſt & eccleſiaſtica, ligare

*Aduerſariorũ ſolutio.*

*Impugnatio.*

*S. Tho.*

*Cõtrad.*

*Adrian.*

*Caieta.*

*Syluest*

*Archid.*

*Ancha.*

*Philip.*

*Frãcus.*

*Ioãnes.*

*Andr.*

*Bartol.*

*Gloſſa*

*Felin.*

*Syluest.*

*Secũda conclõ.*

*Probõ concluſionis.*

gare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pare ipſo iure poteſt & ſolet. Concluſio hæc ſolemni eccleſiæ vſu propatula eſt. Excommunicantur enim ipſo iure clericorum percuſſores, vt patet decimaſeptima quæſtione quarta & Aſſaſſinorum receptores, vt capitulo proxime citato. de homicid volunt. libro ſexto. Et cum primis hæretici, vt capitulo ad abolendam. de hæretic. ſed non opus eſt in re non nubia teſtibus vti non neceſſarijs. Trahiturque concluſio ex forma euangelica.

Mat. 18.

Caieta.

Explodi tur diſcrimen Caiet.

Si eccleſiam non audierit, ſit tibi, ſicut ethnicus & publicanus. Quare qui vel a iudice vel a iure præmonitus inobediens eſt, ipſo iure ab Eccleſiæ ſuffragijs excluditur. Sunt autem (vt Caietan. loco citato) qui inter hanc atque alias ciuiles pœnas hoc tantum diſcriminis conſtituant, vt hæc liget, illæ vero non. Item quod hæc eſt mera priuatio & paſſio, ad quam reus ipſe non debet veluti agens concurrere, aliæ vero vt pœna corporalis, aut pecuniaria requirunt actionem, ac ſubinde executorem. Haud tamen arbitror hanc diſcriminis rationem ſatis eſſe, quoniam ſequeretur inde condemnari reum poſſe, ne de carcere aufugeret, & paratum cibum non guſtaret, quouſque fame ſtrangularetur, quia non fugere & comedere, non eſt agere. Quod ſi dicas eodem reduci, non comedere, & ſe hominem occidere vt ait Sanct. Thom. ſequeretur ſaltem, quod poſſet delinquens ipſo facto priuari ante ſententiam iudicis priuilegio aliquo aut iure, quod habet eligendi, vtendi, vel fruendi reliqua, quoniam non eligere, & non vti, non eſt agere, quod tamen ſi noſtra vera eſt opinio, falſum eſt.

Rō quare excōicatio ligat ipſo facto, abſque pręuia cauſa cognitione.

Ratio ergo quare Eccleſia excommunicare poteſt ipſo facto, abſque cauſſæ cognitione & iudicis ſententia eſt, quia dum priuat hominem ſuis ſuffragijs aut ſuſceptione ſacramentorum, non priuat eum bonis ſuis proprijs, quæ iure peculiari poſſidet ut tradere per actionem teneatur, ſed communibus, quorum ipſa eſt diſpenſatrix. Ac ſi dixiſſet, Qui talem admiſerit culpam, non ſit noſtrorum ſacrificiorum, ac ſacramentorum, ac conſortij particeps, Veluti, ſi paterfamilias ſuos admoneret, dicens, Quicunque me odio proſequitur, nolo illum meo ueſci pane. Et ex hoc capite multa, quæ contra nos facere videntur argumenta, paulo poſt diluentur. Atque hanc ob cauſſam diximus in prima concluſione legem quæ ipſo facto obligat in conſcientia, non inde habere illam virtutem, quia dicit, ipſo facto, ſed aliunde.

Tertia concluſ.

Tertia concluſio, Quando ipſo facto pœnam decernit, tunc ſententia iudicis non eſt neceſſaria, vt feratur ſuper pænam, ſed ſuper crimen, ſatis in quam erit, vt hæreticus condemnetur de crimine, puta quod ſciens & prudens id aſſeruerit, quod nouerat ſcripturæ, aut Eccleſiæ determinationi aduerſari. Nam tunc (vt modo dicebam) iam condemnatur tanquam trangreſſor legis per quam fuerat admonitus.

Et ideo ex tali condemnatione ſine alia noua expreſſione pœnæ oritur ex natura rei condemnatio ad pænam iuris.

Probō concluſionis.

Concluſio hæc expreſſa iacet in vltimis verbis dicti capitu. Secundum leges ſcilicet quod confiſcationis executio fieri non debet antequam ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata, quaſi dicat, inde enim ſequitur condemnatio pænæ taxatæ a iure, niſi criminis leuitas (vt diximus) ſupremo iudici miſericordiæ aditum pendat. Et hic mihi eſt legitimus ſenſus verbi ipſo facto ſcilicet ipſo facto per ſententiam prodito. Nam quantum ad pœnam, quandiu latet, non habetur pro facto, ex damnatione autem facti incurritur pœna huiuſmodi legem.

Qua propter non mihi diſplicet eorum loquendi modus, qui aiunt ſententiam huiuſmodi facti eſse tantum declaratoriam criminis, ſed tamen minime ſubinde conceſſerim cum Panormitanus in capitulo cum non ab homine, de iudic. quod vbi crimen eſt notorium, non opus eſt expectare iudicis ſententiam,

Panoß

quoniam non alia manifeſtatio criminis ſufficit, quam iuridica per ſententiam, vt præcipitur eodem capit. & rationes an nobis factæ oſtendunt. Et per hoc etiam proditur imbecillitas argumenti, quod contra nos fit, videlicet quod ſi tantum requiritur ſententia tanquam criminis declaratoria, quid opus eſt reo, cui compertiſſimum eſt, ſententia expectare, vt teneatur bona ſua reddere? Hærent enim ſemper iſti in eadem latebra, quibus ideo reſpondemus non requiri ſententiam ſolum propter declarationem,

ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed propter talem declarationem, ſcilicet condemnatoriam. Aliorum lex ipſa illam feciſſet exceptionem. Quarta concluſio.

Quarta conclu.

Condemnatio illa retro agitur vſque ad articulum, quo hæreticus omni ignorantia nudatus, hæreſim ſtudio aſſerunt, quoniam nulla alia admonitio ab homine (vt dictum eſt) requiritur vt cenſeatur hæreticus. Nam quantum ad veritatem articuli ſatis erat admonitos vel per notam ſibi ſcripturam, vel per determinationem Eccleſiæ. Aſſertio eſt Ioann. Andr. in dicto cap. cum ſecundum leges, ſed nulla opus eſt auctorum citatione, nam lex eſt expreſſa. Poſt diui Marci. C. ad leg. Iul maieſt. contra illiuſmodi impios. Et vniuerſalis vſus & practica ſancti ſenatus Inquiſitionis ſic habet, nempe ſecundum normam directorij libro tertio tit nono. Habetque couſque vim talis ſententia, vt omnes contractus, nempe donationis, venditionis, atque alij, etiam cauſſa dotis, quos hæreticus ab illo articulo fecerit, habeantur pro infectis. Et ſi apud hæreticum non inueniantur pretia, nihilominus fiſcus nullo emptoribus reſtituto pretio ſibi adiudicat dicta bona. Dixerim, ſi hæreticus vendiderit, donauerit, &c. nam ſi cibum veſtitumque citra fraudem emerit, talia pretia a vēditoribus non appetuntur, quia iure naturæ ſibi licebat vitam ſuam ſuſtentare. Hęc autem non ſint ſuper præſentes loci preſſius tractare.

Io. And. Probō.

Arg. aduerſariorum.

Ex hac autem quarta concluſione, ſuſtinentes alteram opinionem, ineluctabile, ut putant, informant argumentum aduerſus noſtram primam. Supponunt enim cum Ariſt 6. Ethicor. cap. 2. ad præteritum non eſſe potentiam, quoniam neque in Dei poteſtate eſt ingenita facere, quæ facta ſunt. Dilemma ergo ſuum eſt hoc. Aut hæreticus ab articulo patrati criminis priuatus eſt bonorum ſuorum dominio, aut ſecus. Prius ſi dederis, iam ipſo facto ante iudicis ſententiam priuatus eſt. Si autem vſque ad ſentētiam erat vere dominus non potuit per ſententiam efficitur dominus non fuerit, quia nulla eſt ad præteritum potentia. Si autem ſententia id facere nequit, fit vt neque potuerit contractus illos libera hæretici voluntate celebratos, infectos reddere, vtpote qui veri domini voluntate bona fide firmati ſunt. Et quò vrgentius argumentum appareat, ſimile fieri poteſt de poſſeſſione. Si. n. reſponderimus, ab illo hæreticorum articulo caruiſſe dominio, retinuiſſe tamen legitimam poſſeſſionem, arguitur ſimiliter. Sententia facere nequit, vt vſque ad illum articulum nō habuerit legitimam poſſeſſionem, ergo neque poteſt contractus reſcindere, vt emptores fraudentur ſuo pretio. Nam quia legitimo poſſeſſore emerit, non eſt cur pretium perdat.

Solutio argumēti.

Argumentum autem certe non eſt tanti momenti, quanti a ſuis auctoribus æſtimatur. Do. n. in primis hæreticum vere fuiſſe dominiū vſque ad condemnationem ac ſubinde ſententiam non poſſe facere, ut non fuerit dominus, negatur tamen cum infers. Ergo non poteſt pręteritos contractus reſcindere, ac pro infectis pronunciare, quoniam ab arti commiſſi criminis impedicbatur bona ſua alienare. Veluti poſſeſſor primogenituræ, & pupillus ante legitimam ætatem, & collegium ac monachorum conuētus, licet domini ſint ſuorum bonorū, ſunt tamen lege ligati, ne poſſint illa alienare, quod ſi fecerint, contractus non valent, caſſique habetur.

Sol. 2.

Secundo præterea nihil repugnabo, ſi quis dicat ab illo articulo amiſſum eſſe dominium, dūmodo hoc non negetur quin iure fuerit hæretico permiſſa poſſeſſio, ab alienatione tamen cohibita.

It ſtātia.

Sed iuſtas. Poſtquam dominium perditum eſt, ex cuius natura ſequitur in reo obligatio reſtituendi, qua lege fingitur cōceſſa poſſeſſio?

Rńſio.

Reſpondetur, ipſa eadem, quæ executionem vſque ad prolatam ſententiam vetat, dicens. Confiſcationis autē executio non fiat, &c. Neque opus eſt aliā diſquirere, nam ſi lex voluiſſet ſic ipſo facto reos punire, vt ex tunc teneretur tradere ſua bona id profecto expreſſiſſet. Etenim cap. Cum ſingula. de præb. lib. 6. quia retinentem duas præbendas vult Papa inhabilem eſſe, vt eligatur, ait. Ex tunc eo ipſo efficiātur ineligibilis. Nam inhabilitas (vt infra dicemus) ipſo facto contrahitur. Attamen licet habens vnam præbendam cum cura animarum, & alteram recipiens ipſo facto priuetur priori, nihilominus priuatio non eſt facienda niſi reus audiatur, vt ibidem cauetur capit Licet Epiſcopus. Vnde non debile a nobis ſtat argumentum.

Quæſt.

Rurſus autem ſciſcitatis. Vnde colligitur impeditum eſſe hæreticum ab alienando ſi vel dominium habet, vel legitimam poſſeſſionem? Reſpondetur

ex commiſione ipſa peccati, cui lege decreta eſt pœna. Quod ſi inde inferas. Iam nos **Solutio.** ergo concedere aliquo modo puniri reum ipſo facto ante ſententiæ prolationem, id nos ingenue fatemur. Id enim tantum hactenus negauimns, quod ſic punitur ipſo facto vt teneatur ipſe in conſcientia executor eſſe, & idem ſimpliciter non punitur. Si tamen cum temperamento dicas, punitur quodammodo, verum ais. Et hanc arbitror eſſe mentem legis vltimæ. C. ad leg. Iul. Maie. vbi habetur quod Maieſtatis læſor et am defunctus condemnetur, ſucceſſorique eius eripiantur bona. Cuius cauſſa his verbis exprimitur. Nam ex quo ſceleratiſſimum qu s conſilium cæpit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Quæ autem ſit illa quædam punitio, declaratur ſecundum diuos Seuerum, & Antonium, ne alienare neque ſeruos manumittere poſſit, neque debitores ei ſoluere teneantur. Vnum hic autem adnotato opus eſt & admonito, quod vbi malefactorem quempiam vel infamia denotatum, vel inſinuatum indiciis, uel ſemiplena probatione præuia iudex interrogaret, ille uero negaret quia iam tunc fateri tenebatur, & ideo iudicium per iniuſtitiam impediuit inde fieret reus pænæ cuius iuſte condemnandus eſſet. Attamen ſi fiſcalis, dum ſolus ipſe crimen nouiſſet, quod probare non poſſet neque vero infamia notatum eſſet, bona hæretici clanculum accipere (quod aliud eſt aduerſariæ partis argumentum) certe contra ius faceret, & ad reſtitutionem teneretur. At ne hoc impræſentiarum deſideretur, quintam adhibeamus **Quinta conclu.** concluſionem eandemque generalem de ſententia iudicis. Quotieſcunque iudex iuſta iuridicaque ſententia reum condemnat ad pænam quæ non eſt mortis, corporaliſve læſionis inflictiua, tenetur reus parere, etiam ſi aliquid debeat agere, vt puta uel pecuniam ſoluere, vel in exilium ſecedere, uel in carcere etiam perpetuo permanere. Secus autem, ſi corporali ſupplicio addicatur, tunc enim tantum tenetur pati, agere uero minime. Prior **Probõ prioris partis.** pars inde patet, quod vnuſquiſque debe poteſtatibus obedientiam, niſi iure aliquo diuino aut naturali excuſetur, illic autem nulla eſt excuſatio. Quare non alius requiritur legis executor, quam iudex ipſe ſententiam pronuntians, illam nanque, vbi non eſt de corporali ſupplicio, legitima eſt executio. Poſterior autem ratione contraria comprobatur. Nam ius naturæ nobis conceſſum tuendi vitam propriam, excuſatos nos habet ne ulla nos **Probã alterius partis.** obedientia cogere poſſit, vt in nos ipſos vltrices manus coiiciamus. Neque hic Caiet. protegere diſſimulabo, cui falſo imponitur negaſſe in artic. 3. 2. 2. quæſt. 60. poſtquam quis a iudice pecuniariam mulcta **Protegitur. Caietan.** condemnatus eſt, teneri eam ſoluere. Id quippe nunquam negauit ſed quod a lege ipſo facto nemo poteſt ad hoc condemnari neque ad id prorſum ad quod requiritur eius actio. Quare nullatenus ſibi contradicit, dum quæſt. 69. art. 4. ait quod condemnatus, vt vel in exilium abeat, vel mulctam ſoluat, ſyncere obtemperare tenetur. Neque vero hoc prætereundum hic ſilentio arbitror, quod cauſſa quare nullus damnari poteſt vt ſeip ſum uel interimat, vel **Falſa e(st) præterita conclu.** alio ſupplicio afficiat, non eſt, quia nemo eſt dominus propriæ vitæ, Ridiculum. n. eſſet, ſi hanc cauſam iudici tunc obiiceres dum tibi id iuberet. In prõptu enim ipſe hoc hic reſponſum. Neque ego idcirco tibi iubeo, vt te ipſe interficias, quod tu ſis dominus uitæ tuæ, ſed quia ego poteſtatem, eius habeo, & arbitrium. Es. n. carnifex plus habet dominij in reum, quam ipſe in ſeipſum, & tamen iudicis auctoritate illum interficit. Ratio ergo vt nemo ſic poſſit obligari eſt, quod non poteſt illo beneficio naturali priuari, quod homo habet protegendi uitam ſuam. Id circo n. licetui nemo poſ**Vera ſ(ententia) eiuſdem conclu.** ſit tali caſu reſiſtere, non tamen poteſt cohiberi ne aut fugiendo aut alia uia mortem, ſibi caueat. Ob idq. quando ſupplicum ex eorum eſſet numeros quæ homines religionis ac pænitentiæ gratia ſumere ipſi ſolent, nulli aduerſaretur iuri, quamquam præfectus in religionibus monacho, uel Epiſcopus ſacerdoti præciperet, vt idem ipſe ſuis manibus ſuſciperet, puta ut a ſeipſo flagello uapularet.

**Ad pri(mum arg.)** Supereſt ergo ad argumentorum ſeriẽ, quæ tunc longa eſt, tunc etiam nobis difficilibus implexa, reſpondere. Primum autem iam ſolutum eſt. Nam etſi lex tam ad penã obliget quam ad culpam, diuerſimode tñ. Qm̃ cum ſit regula, eo ipſo quod quis ab ipſa deflectit, peccat culpa, n. non eſt aliudqui deflectio a lege, quæ ab æterna diuinaq. deriuatur. Ad pænam autem obligat, illam

ſtatuendo,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuendo, & in hoc ſenſu legis uirtus dicitur punire. Applicare tamen pœnã, pertinet ad iudicem.

Ad ſecũdum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod, etſi obligatio ad pœnam ante iudicis ſententiam non emergat, non inde fit maioris eſſe uirtutis iudicem, quam legem. tum quod iudex operatur tanquam miniſter legis per eius uirtutem tum potiſſimum quod lex per ſe obligat culpam. Sed id ſolum ſequitur, quod uirtus punitiua legis non pertingit ad reum, niſi miniſterio eius miniſtri, Qua ratione ab Ariſ. appellatur iuſtum animatum. Quod autem de cuiuſq. uoluntate, in calce argumẽti ſubditur. per quam põt homo transferre ſuorum bonorum dominium, nihil ad rẽ. Habet. n. quiſq. ſuarum rerum liberam facultatem, ut poſſit ſeipſum ſua ſponte obligare, reſpublica tamen non niſi præſcriptis formis, & modis, uidelicet, ut dum legi rebellis extiteris, poſſis a iudice cogi. Ex legibus autem diuinis tertio argumento allatis nullum aduerſum nos extruitur ualidum arg

Ad tertiũ arg.

Etenim mulier, quæ fluxum patebatur, iure naturæ tenebatur abſtinere a uiro ne illum, morbo inficeret, licet fluxus non eſſet culpa, immundities autem legalis eius qui illam cognoſcebat, per culpam ipſam contrahebatur. Quare ſicut modo ille qui peccat, eo ipſo coinquinatur, teneturq. pœnitentię fructibus ſatisfacere, ſic ille qui antiquitus inquinabatur. Nam illa corporalia, figura noſtrorum erant ſpiritualium Et per hæc patet reſpõſio ad leges diuinas, quib. pro diuerſis peccatis diuerſę ſtatuebantur ſacrificiorum ac purificationum ceremoniæ. Deus n. in quem offenſa committitur, repoſcere poteſt quam uoluerit ſatisfactionem, quam abſq. alio iudicio tenetur peccator exoluere. Parique ratione tunc Eccleſia poteſt ieiunia, eleemoſynas, & orationes inſtituere, quibus quiſque tenetur ſua expiare piacula.

Ad confirmationes eiuſdem argumẽti.

Quod autem additur de leproſis, nihil ad rem, nam iure naturæ tenentur mordiferi homines ab aliorum cetu ſeſe abſtrahere, ne illos contagione inficiant licet morbus culpa non ſit, neque talis abſtractio pena, Neque permiſſio euangelica, quæ fit uiro ſeparandi torum ab adultera, rem contra nos urget, nam ſeparatio illa non tantum exiſtimanda eſt, ut pœna, ſed tanquam cõuentionalis licentia, quæ ex fracta coniugis fide naſcitur, eſt enim pactum inter coniuges, data utrinq. acceptaq. fide, ut uterque alterius torum immaculatum ſeruet. Et ideo dum unus ſuam fidem fregit, liber fit alter a uinculo ſoluendi ei debitum. Sicut ſi ego tibi ea lege meas operas pollicerer, ut tu mihi tuas obſtringeres, cadente te a fide tua, non teneor ego amplius ſtare meę.

Ad quartũ argu. cum ſuis mẽbris. Caieta.

Et pari ferme modo reſpõdetur ad membra omnia quarti argumenti. Primum enim de illo, qui uxori quidpiam legauit ſub conditione, longe a noſtro propoſito diſtat, neq. opus fuerat Caiet. in ſua Sum. uerb. pœna, talem exceptionem facere, quoniam eiuſmodi conditio neutiquam eſt lex pœnalis. De functus. n ſi perſona erat priuata non poterat legem condere, ſed eſt conditionale pactum, Do ut facias, Obidque ſi tu conditionem non implex, teneris mihi meum reſtituere. Similis eſt ad ſecundum membrum reſponſio.

Collegiorum fundatores.

Enim uero qui collegium ſuis bonis inſtituit, ſtatuta facere potuit, ut ſi collegarum quiſq. aut foris pernoctaret, aut matrimonium duceret, aut aliqua quiduis faceret, ipſo facto in conſcientia iura collegii perdet, quæ quidem lex uim haberet in conſcientia, quia inſtitutor potuit, ſi libuit, ſub illa conditione bona ſua largiri. Tameſi profacto nemini conſulerem tales condere leges, ſunt. n. conſcientiarum illaqueatrices, hoc eſt. n. nimium emungendo ſanguinem elicere. Satis namque familiæ conſulitur, ſi huiuſmodi leges particulares inſtar communium conſtituantur, ut ſcilicet delinquentes uia regia comperti puniantur. Atquoniam præſumitur præfectorum negligentia, huiuſmodi rigor permittitur.

Ad tertiũ mẽbrum.

Atque huic præterea affine reſponſum eſt tertij membri de legibus quibus Reges ſolent manus miniſtrorum iuſtitiæ uincire, ne munera caperent. Enimuero cum illos ſua libera uoluntate, & tanquam ſuos miniſtros eligant ac de ſuo ærario ſtipendia illis decernant, ſuoque mandato illis iura ſoluantur, poſſunt tali conditione illos eligere, ut in conſcientia obligentur pœnas ſuorum delictorum pendere. Et ideo ſi conditionem uoluerint accipere, tenetur implere. Atque eam ob cauſſam iureiurando ſtringuntur, quod alias lex per ſe illos non poſſet cogere ad

pœnam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pænam ante condemnationem Quamuis verbum illud: In conſcientia teneantur ſoluere, fateor me approbare non poſſe, quia nullum in iure communi reperitur eius exemplum. Nam principes ſeculares non debent de conſcientia iudicare. Neq. vero in illo aureo autentico, Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, quo accerrime inhibetur iudicum auaritia, vlla fit de conſcientia mentio. Tametſi vbi eorum corruptio adeo eſſet inuerecunda, non omnino huiuſmodi rigorem legem reprobaſſem, De legibus autem pænalibus noſtræ Vniuerſitatis, quibus penſatores & ambitores ſeu ſubornatores ipſo facto priuantur eligendi voce ſemper arbitratus ſum nō obligare in conſcientia ad pœnam illam ante condemnationem, niſi illum qui de ea re infamia laborans, dum iuridice interrogatur, veritatem negat. Nam de hoc perinde hac parte cenſerem, ac ſi eſſet condemnatus, vt ſupra de hæretico dictum eſt. Atq. idem cenſeo de alijs electoribus in Eccleſijs & collegijs. Er prȩter rōnes ſupra declaratas, eſt hic alia particularis, quod alloqui vix vlla eſſet tuta electio, quod pernicioſiſſimum eſſet reipublicæ. Et ideo ſi eiuſmodi leges contenderent in conſcientia ante cōdemnationem ligare, tanquam periculoſȩ non eſſent ferendæ.

Legib. pænalibus Salmātinæ vniuerſitatis.

Ad quintum reſpondetur oculate perſpiciendum eſſe in lege, quidnam habeat proprie rationem pænȩ, quid vero pretij, alius ve rei. Enimuero cum lege pretium ſtatuitur vel frumenti, vel alius mercis, adiecta pȩna, ſi quis carius vendat, ad reſtitutionem exceſſus ipſo facto tenetur in conſcientia, quo legitimum pretium exceſſit, non tamen ad pœnam antequam condemnetur, vt ait S. Thom. loco citato, qu. 62.

Ad qntū arg.

Ad alterum vero membrum de legibus præſcriptionis, reſpondetur, eiuſmodi leges non eſſe mere pœnales, licet pœna diu negligentis bonam ſua, ſit, vt eorum ius perdat, ſed præcipua in bonum pacis conditæ ſunt & vt via litibus occludantur. Hac enim de cauſſa princeps poteſtatem habet transferendi dominia. Quocirca lapſus ipſe legalis tēporis abſq. vlla ſententia poſſeſſorem bonæ fidei dominum rei facit. Quare nulla fit inde conſequentiam, vt lex mere pænalis velit vt reus ſuis ſe rebus ante cauſſæ cognitionem expoliet.

Ad alterū membrū eiuſdē argumenti.

Ad ſextum reſpondetur differentiam illius citati capituli inter pœnam ab iure, & illam quæ eſt ab homini, liquidam eſſe. Pæna enim iuris eſt illa, quam ius ponit, quamq. iudex tenetur infligere niſi patentiſſima adſit ratio miſericordiæ arbitrandi ex æquo & bono. Pæna aut ab homine poſita eſt, quam iudex arbitratu ſuo, vel ſuis adhibet mandatis, vel poſt patratu delictum rei infligit.

Ad ſextū arg.

Ad ſeptimum reſpondetur hanc eſſe differentiam inter leges monitorias atq. alias, quæ dicunt, ipſo facto quod qui contra priores inobediens eſt non ſolum declarandus eſt facto deliquiſſe, verum & ad pœnam condemnandus, cum autem quis in alteras ſecundi ordinis impegerit ſatis eſt, ſi condemnetur illas fuiſſe tranſgreſſum. Tunc enim abſq. vlla alius ſententiæ explicatione pœnæ cenſetur addictus. De excommunicatione autem iam dictum eſt cur ipſo facto obliget. Suſpenſio vero & irregularitas, quia non eſt niſi contaminatio quædam & commaculatio, ac ſubinde indignitas (vt ſuperiori ait. dicebamus) ad tractandum ſacra, actu ipſo culpæ contrahitur. Quin vero aliquando citra culpam, vt patet in iudice qui ſpontanea cauſſa eſt mortis. Quare nulla indigent ſententia iudicis.

Ad ſeptimum.

Sed leges quæ octauo argumento citatæ ſunt, fateor vehementiorem aculeum adhibere, nihilominus reſpondetur, quod neque in c. citato. de homici. libro 6. ſimpliciter habetur, quod qui Aſſaſinorum crimen incurrit, teneatur ante ſententiam pœnam ſoluere, præter excommunicationem, quam ipſo facto patitur, ſed ait, quod poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, nullatenus alia excommunicationis vel depoſitionis etiam ſententia requiratur. Non ergo negatur, quin ſententia requiratur ſuper crimine. Quin vero propterea præmittitur, Poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, id eſt, quibus res probari in iudicio poſſit. Nam nulla priuata perſona iudicare poteſt, an ſint probabilia argumenta, niſi ſolus iudex.

Ad octauum.

Quapropter ſiniſtra eſt eorum glo. qui aiunt propterea dici, probabilibus argumentis, quod nulla alia exigitur ſententia. Immo dexterius cenſet Archiadiaco. (vt ait Sylueſter) quod etiam tunc requiritur declaratoria ſententia facti. Textus autem ſolum dicit quod non requiritur ſententia ſuper pœna. Et quod hæc ſit eius mens, egomet mihi ſic lucide perſuadeo.

Siniſtra quorundā interpratio. Archid. Syluest.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perſuadeo. Extat & Aſſaſſinorum oœna, vt quiſque poſſit eos liberè interficere; at vero ſi cui priuatim id liceret, antequam cõdennati eſſent de crimine, occaſio daretur cuicunque fingendi hunc aut illum eſſe Aſſaſſinum, vt quem vellet interimeret; exiti oſa ergo eſſet talis licentia ideoque certo certius eſt, ante iudicis ſenteтiam nemini id liberum eſſe; ego neque expoliare ſuis bonis eos fas eſt, aut alios qui corũ miniſterio vtuntur, ante eandem ſententiam. Reſtat igitur poſtremus ſcrupulus ex Extrauag Ambitioſè. Pauli II. vbi habetur quod clericus qui bona eccleſiæ alienauerit duntaxat, ipſo facto priuatus exiſtat beneficijs eccleſiaſticis illaque abſque declaratione al qua vocare cenſentur. At vero ex his verbis ſolidiſſimum in primis a nobis ſtat argumentum. Etenim exprimens ſummus Pontifex declarationem in hoc caſu non eſſe neceſſariam, palam docet, quod ſi hoc verbum non adieciſſet, non ſatis illi fuiſſet dicere, ipſo facto, vt teneretur reus in conſcientia relinquere ante ſententiam ſua beneficia. Quod nos hactenus conſtituere contendimus.

Poſtremº ſcrupulus.

Diſſolutio prima.

Secũda,

Secundo reſpondetur illo modo, quo de principe diximus, poſſe illum priuare quem eligit, ſi fecerit contra cõditionem, quam cum ipſo pepigit. Videlicet ſi acceperit munera. Enimuero cum ſummus Põtifex collator diſpenſatorque ſit beneficiorum, declarat per illam Extrauaga. illa lege, & tacita conditione quemcumque ſacerdotum ſacerdotia eccleſiæ recipere, vt dum eius bona alienauerit, eiſdem ſacerdotijs priuatus cenſeatur. Tameſi porro noſcio an ſuper crimine requirenda ſit etiam tunc aliqua declaratio ad pacandas conſcientia. Attamen de hoc ad vſum me refero eccleſiaſticum.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum omnes ſubijciantur legi.*

IN auctoritate & virtute legis etiam nũ perſiſtentibus ſcire præterea reſtat hoc ſeptimo loco, vtrum omnes ſubijciantur legi. Et arguitur à parte negatiua ex Apoſto. 1 ad Timoth. 1. Iuſto non eſt lex poſita quod Vrbanus Papa confirmat. decima quæſtione ſecunda Canone, Duæ ſunt vbi ait, qui a lege priuata ducitur ſcilicet, Spiritus ſancti, nulla ratio exigit, vt lege publica, puta humana, quæ vniuerſis poſita eſt, conſtringatur; non ego omnes lege tenentur. Secundo ad idem facit leg. princeps, ff de leg. vbi ait Vlpian. Iuriſconſult. quod princeps legibus ſolutus eſt. In contrarium eſt, quod Apoſt. ad Roma. 13. ait. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nemo autem poteſtati ſubiicitur, niſi eius ſit legibus ſubiectus.

Primũ argu. a parte negatiua.

Paulus.

Vrban.

Secũdũ argum.

Præſenti quæſtioni ſecundum duas legis virtutes tribus cõcluſionibus fiet ſatis. Monſtratum.n. iam ſupra eſt, legem tum regulam eſſe actionum directricem, tum etiam vi pollere coercitiua. Et vtroq; modo contingit quempiam legi ſubmitti Sit ergo prima concluſio. Vniuerſi qui ſubditi ſunt poteſtati, legibus ſubinde ipſius, qn vero & princeps quantum ad vim directiuam ſubijcitur. Res eſt clara; nam alteri ſubdi, idem eſt, quod parere eius mandatis, ac ſubinde legibus. De principe autem confeſtim dicemus. Dixerim vniuerſi ſubditi, quoniam nullius lege illi comprehenduntur, qui ab eo extranei ſunt. Lex quippe Gallorum nihil ad Hiſpanos. Et præterea ſi qui ſuperioris priuilegio ab inferiori exempti ſunt, non ſubmittuntur inferioris mandato, quo ſe priuilegium extendit. Hac in ratione clerici ſæcularium legibus ſubdi i non ſunt, tunc præcipuè, dũ lex de rebus Eccleſiaſticis decernit, quæ principibus non ſubduntur, vt patet ca. eccleſia de conſt. Aut ſi in odiũ clericorũ poſita ſit, aut ſi non pari iure pertineat ad clericos; vt prohibitio vtendi ſericis, non obſtat quo minus in ſacris poſſint illis indui. Et prohibitio equitandi mulas ciues, belligeri vt fiant, nihil ad ſacerdotes. Cæterum leges de rerum pretijs, & ne merces diſtrahant a regno, atq; aliæ id genus, ex æquo clericos cũ ſæcularibus obligant. De hoc aũt Summiſtas, conſule in verbo, Lex, & verbo, Clericus. Secũda concluſio. Quantum ad vim coercitiuam iuſti, qui virtutum habitibus ducuntur, legi non ſubduntur; quia nihil coactè ꝙ ad virtutẽ attinet, ſed omnia ſua ſponte perficiunt. Enimuero ut 2. Ethi. auctor eſt Ariſt. Virtus facit vt ſtudioſus prõptè & cum delectatione operetur. Huic autem ſubijcimus ſimilem ei tertiam; Princeps quantum ad vim coercitiuam nõ ſubditor legi. Concluſio eſt aperta, quoniam coactio eiuſdem ad ſeipſum eſſe non po-

Primæ concluſ.

Probat concluſ.

Secũda concluſ.

Probatio.

Ariſtot.

Tertia concluſ.

teſt: non enim eſt intellectu poſſibile, vt vim quiſpiam ſibi ipſi inferat, atque adeo ſe ſua lege cogat. Quapropter vnus idemque non Pœnitendus eſt ſenſus illius regij verbi: Tibi ſoli peccaui; vt Deum illic ſolum agnouerit ſuperiorem. Quaſi dixiſſet, in terris nullum habeo, cui rationẽ erratorum meorum debeam: & ideo tibi ſoli peccaui. Quamuis & alter genuinus etiam ſit quod nullum malum eſſet peccatum, niſi quia cõtra legem Dei. Eſt ergo ſimilium concluſionum ratio diſſimilis. Quod enim iuſtus non ſit legi ſubditus, ab ipſo, eodem ſumitur ratio, qui ſcilicet coactione non indiget. Intelligitur enim concluſio non de quibuslibet iuſtis, ſed de illis qui ſunt iam abſolutæ virtutis. Nam quandiu colluctatio, quæ nobis cum affectibus eſt, perſtat, pariter durat pœnarum metus, ac perinde nonnulla coactionis ratio. Et eſt Secunda hæc concluſio ſic Pauli teſtimonio fulcita, vt Philoſophos, non latuerit. Ait. n. Ariſto. 10. Ethi. c. 9. ob id legibus in omni vita oĩno opus eſſe, qđ multitudo neceſſitati potius, & pœnis, quã honeſtatis paret. Et ideo legiſlatores & honeſtatis gratia ad virtutẽ prouocare debet. Nam ij, qui probi sũt, ob conſuetudinũ pręcipue obtẽperabunt. Aduerſus aũt inobedientes & hebetiores ingenio caſtigationes penaſq; decet inſtituere. Et 5. Poli. c. 9. Excellentes, inquit, virtute & potentia non ſunt legibus aſtringendi, qđ tam ad ſecundam quam ad tertiam concluſionem referri poteſt: nempe vt virtus ad moralem probitatem, potentia verò ad principatum referatur: ſed ſunt, inquit, ipſi lex: ob idque inter homines vt dij æſtimandi. Quod autem ſua principem lex nõ cogat, nõ inde venit quod ipſe non egeat, ſed quod lex natura ſua nequeat. At vero hanc principes exemptionem non inter priuilegia ducere debent, immò eſt illis iniqua conditio. Subdit enim qui non ſolum legis luce, ducuntur, verum etiam eius pœnis ſtimulantur, duob. ſubſidijs ad virtutẽ vtuntur: princeps autẽ altero deſtitutus eſt dum nullus eſt, qui illum cogere poſſit, aut reprehendere audeat: immò vix vllus qui veritatem doceat. Quocirca illius Prou. 21. Sicuti diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini dexter ſenſus eſt, quod cũ priuatorum corda ſic in manu Dei ſint, vt p ſuos iuſtitię miniſtros ea gubernet & cogat: cor tamen Regis in ſolis diuinis manibus poſitum eſt. Vt ſicut ipſe ſolus poſſet ingentẽ amnem & rapidum ſupra naturam aliorſum diuertere, quam alueus ducit: ſic ſolus ipſe Regem qui ſuæ mãcipatus eſt voluntati, põt vel remorari, vel in aliam vertere mentem. Quapropter Rex, quo eum Deus liberiorẽ fecit, legũque coactioni longios exemptũ, eo debet ipſe rationi vigilãtius, diuinoque nutui audiens eſſe, ac ſubinde legibus quas alijs ponit, ipſe auſcultare: ne in illum Chriſti improperium impingat. Qui dicunt, & non faciunt: & qui alijs onera grauia imponunt, ipſi neque digito volunt ea mouere, Matth 23. Vnde extra, de conſtit. c. cum omnes, quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe debet vti eo: vbi & citatur Sapientis auctoritas: Patere legẽ quam tu ipſe tuleris. Et C. de leg. & conſti. libr. 4. aiunt Imperatores ipſi: Digna vox eſt maieſtatis regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri. At nõdum tota rei difficultas ex hauſta eſt: Statuimus namq; ſic in vniuerſam concluſionem primam, vt vna & iuſtos quoque & principem ipſum comprehendat, qui veluti reliqui vi di rectiua legum obligantur. Enimuero licèt princeps ſibi ſubditus non ſit, nil tamẽ vetat, quo minas ſuæ ſubdatur legi: dum alios illuminat, & ſibi ipſum quoque lumen prebet. Haud tamen hoc dubitatione caret ad intelligendum. Videtur enim ſecum pugnare, vt princeps legi ſit ſubditus abſque eo quod lege cogatur. Ponit Papa leges de ieiunijs, de audiendis ſacris, de annali confeſſione, eaſdemque ſub pœna excommunicationis. Et Cæſar pariter, nequis ſub certa pœna peieret. Arguitur ergo ſic: Si princeps ſubditus eſt legi quantum ad vim directiuam, fit vt dum ipſam trangreditur, peccet, ergo ipſum obligat, obligatio autem vis eſt coerciua. Secundò, ſi vim coerciuam a lege excluſeris, rationem legis ſuſtuliſti. Nam (vt ſupra definitum eſt) proterea leges à ſolo fungente reipublicæ vicibus condi poſſunt, quod ſine vi coerciua non ſunt leges igitur ſi princeps nõ ſubditur coercioni legis, nec ſubditur legi. Sed poteſt ipſam ſequi, ac ſi eſſet ſententia alicuius ſapientis, puta aut Platonis aut Senecæ quæ non obligant ad culpam: & ſicut ſua lex obligaret extraneos qui ſuæ non ſunt iuriſdictionis, & nos poſſumus Gallorum ſcita auſcultare. Tertio quæritur à quo princeps obligatur cum legem con-

Probatio.

Rõ diſſimilis ſecũdę, ac tertię cõcluſiõis.

Ariſtot.

Rõ tertię concluſionis.

Pulchra interpretatio loci ſacri.

Appoſita ſimilitudo.

Salutiſ rum cõ ſilium.

Prim rõ du tandi.

Secũ

Ter ratio

condit? Non enim à Deo: quia lex illa non eſt diuina, neque à ſeipſo quia lex ipſa non eſt votum, quod homines obligare ſe ſolent. Et quo argumento roboreſcat demus illum nole ſua lege illigari. Hęc autem conclusionem licet oppugnent, non tamen expugnant.

Diluit ‚pxima Dubitatiō.

Conſiderandum enim primum eſt, quod Princeps non eſt extra rempublicam, ſed membrum eius, puta caput. Secundò id ex ſuperioribus recolēdum eſt, quod lex humana obligat in conſciētia, eo quod ab æterna per naturalem deriuatur. Ex his poteſt ſtatim deduci vis obligatoria.

Primū documētum.

Ex illo ſcilicet naturali principio: Ius quod tibi nō vis alteri ne ſtatuas. Contrarium enim repræhendit Chriſtus, dicens, Quod imponunt alteris onera, quę ipſi non tangunt.

Secūdū Probať rurſus prima conclu. principalis.

Eo ergo quod princeps ſtatuit legem, iure naturæ illi ſubmittitur. Sed fortè clarius id ſic deducitur. Legiſlator (vt dictum eſt) lege condens, opus tale conſtituit in certa virtuti ſpecie, vt ferens Papa legem ieiunij, conſtituit illud virtutem obligatoriam abſtinentię. Et præcipiens, ſeruare aliquod feſtum, illud collocat in virtute religionis. Conſtituto autem virtutis opere, tota reſpublica, atque adeo ipſum caput tenetur ſecundum illam agere.

Quæſt. Solutio.

Quod ſi ſciſciteris, cur non ſubinde & pæna cogat Principem, perſpice latum diſcrimen. Lex enim eo quod regula eſt facit vt deflexus ab ipſa ſit culpa abſque alia executione vel legis applicatione, pœna autem adhibetur legi obſeruationis cauſſa, quę idcirco executione & applicatione indiget. executor autem eſt Princeps ipſe, cui repugnat vt ſeipſum cogat, licet poſſit pænam, ſi voluerit ſoluere. Quando autem ſtatuimus, Principem legibus ſubdit ſuis, inteligimus de legibus, quæ ex ęquo ad ipſum perinde atque ad ſubditos ſpectant. Præcipit, Rex neminem gladio ſuccincto incedere, aut ſericis indutum, nō eſt par ratio cur ipſe eiſdem abſtineat. Indicit autem Papa ieiunium aut feſti ſolennitatem, eadem eſt æquitas ipſo, niſi iuſta de cauſſa ſecum, veluti cum alijs diſpenſauerit.

Lutheri error.

At vero vt ad ſecundum reuertamur concluſionem abſit, vt quis inde Lutheranum inbibat ſenſum. Fuit enim ille hęreſiarcha eo vſque veſanię collapſus, in ſuo libro de Libert. Chriſtiana, vt iuſtum hominem cum primum Deo fidem præbet, cui ſoli ipſe iuſtificationem tribuit, docere contenderet ab omni eſſe lege liberum: quia per fidem, inquit totam impleuit legem. Itaque nullo amplius aligatur legis vinculo: ſed omnia deinceps ex amore perfecit.

Auctor libro de Natura & gratia.

Hanc autem erroris abſurditatem libro 3. de Natur. & gra. cap. 1. ſuis depictam coloribus abunde expugnauimus.

Primę rō in Lutherū.

Nemo enim in hac vita etiam ſiſit vt Apoſtoli confirmatus, liber eſt à lege. Quin verò ſi per impoſſibile ipſi Apoſtoli contra legem feciſſent, peccaſſent: licet confirmati eſſent vt non facerent. Nam & iuſtis illis dictum eſt: ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Immo vt ait ipſe veritatis Magiſter, ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui & non fecit, vapulabitur multis.

Secūdę.

Præterea ſic hominem à lege eximere eſt ipſum impeccabilem facere: quæ abſurdiſſima eſt hæreſis. Paulus enim qui alibi putabat nullam eſſe poteſtatem, quæ illum poſſet à charitate Dei ſeparare, alibi nihilominus fatebatur ſe corpus caſtigare ſuum, & in ſeruitutem redigere: ne cum alijs prædicabat. ipſe reprobus efficeretur. Et ne magnitudo reuelationum eum in ſuperbiam extolleret, angelum Satanæ, qui eum collaphizabat, ſubſtinebat. Non enim ſic Paulus intelligit iuſto non eſſe legem poſitam: quin ſi illam tranſgrederetur, eadem iuſtitiam amitteret, ſed ingeniū gratiæ fauoriſque Dei duntaxat explicuit: nempe quod vbi charitas foras mittit timorem, hominem quem poſſidet, obſequentiſſimum legi facit. Atque hic eſt ſenſus verborum Pontificis in dicta diſt. 19. q. 2.

Mens Pauli.

Appelat. n. legem priuatam ſingularem ductum Spiritus ſācti, contra quem nemo tenetur obedire legibus communibus. Ille tamen eſt etiam Spiritus ſancti ductus, vt ſubditorum quiſque ſuis præfectis obtemperet, neque omni ſpiritui credat contra prælatorum obedientiam intus obloquenti: ne ſit forte Angelus Satanæ, quem lucis eſſe putat.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ſubdito liceat præter verba legis agere.*

Poſtremus articulus virtutis legis eſt, utrū omnis ἐπιείκεια ſit ſubditis in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terdicta, an vero liceat ſubdito contra ver-
Primũ argumẽtum Auguſtini. ba legis agere? Et arguitur quod nemini ſubditorum id liceat. Ait enim Aug. libro de vera relig. In temporalibus legibus quã uis homines iudicent de eis cum eas inſtituunt, tamen qñ ſunt inſtitutæ & firmatæ, non licebat de ipſis iudicare, ſe ſecundum ipſas: qui autem legis verba prætermittit arbitratus intentionem legiſlatoris ſeruare, de lege iudicare vĩ: ergo ſubditis id non
Secũdũ licet. Secundò: Ei prorſus competit legum eſſe interpretem, qui eſt eorum conditor: ſolus autem Princeps poteſt leges cõdere: nemini ergo aliorum liberum eſt illa inter
Tertiũ pretari ſed ſecundũ eas agere. Tertiò. Qui leges condiderunt, ſapientiæ lumine illuſtrati cenſendi ſunt: Quæ ait Prouer. 8 Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. ergo de intentione legiſlatoris nõ aliter iudicare licet, quam per legis
Hilar⁹. verba. In contrarium autem eſt Hilarius. 3. de Trini. intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectus. Ex quibus verbis colligitur prudẽtius eſſe ad cauſſam attendere, quæ legiſlatores induxit quam ad legis verba.

Quæſtio præſens materiã ἐπιείκεια in diſputatione producit: an videlicet aliquo caſu ſubditis ea ſit licita? Nam quod princi
Ariſto. pi cõpetat, ambigit nemo, iuxta doctrinã
Prima concluſio generalis. Ariſt. 5. Ethic. ca. 10. Ad quam idcirco qõnem tribus concluſionibus rñdendum eſt. prima eſt generalis. Lex quæ à communi bono deficit, nullam habet obligãdi vim. Hæc iam ſupra ex eo demõſtrata eſt, quod
Probatio. lex omnis debet eſſe pro cõi ſalute ciuium inſtituta. Vñ ff. de legib. l. Nulla iuris actio aut benignitas patitur, vt quæ ſalubriter ꝑ hominũ vtilitate introducũtur, eas nos duriore interpretatione contra ipſorum cõmodum producamus ad ſeueritatẽ. Secun
Secũda concluſio. da concluſio. Quamuis lex in cõi lata caſibus plurimum contingentib. vtilis ſit: nihilominus quo caſu noſcitur aduerſari cõi ſalute nõ eſt obſeruãda. Exemplum D. Tho.
S. Tho. eſt: In ciuitatis obſidione ſaluti ferum eſt lege caueri ne portæ apperiantur: nihilo ſecius ſi tunc ciues, quorum vita ſaluti reipublicæ conducit, honeſtes fugientes in vrbẽ ſe volunt recipere, contra legis verba aperiendæ ſunt illis valuæ: quoniam illa eſt legis mens, quippe quam ſi adeſſet legiſlator, haberet: Concluſio hęc protinus ad pri
mam conſequitur. Enimuerò lex (vt ſupra dictum eſt) ideo ponitur in communi, quòd caſibus particularibus proſpicere ſatis nequit: vt habetur l. Neque leges. & l. Non poſſunt, ff. de legibus. fit ergo inde conſequens, vt quoties caſus occurrerit, quem ſi legiſlator proſpexiſſet, exceptum iudicaret, non ſit obſeruanda. Tertia Deducitur concluſio ex priori.
concluſio his duabus aſſertionibus nihil obſtantibus huiſmodi legis ἐπιείκεια more & ordine ad ſolum principem ſpectat, niſi illis duntaxat caſibus, quibus adeò inſtat ſubitum periculum, vt ſi ad principem vel ad eius vicem gerentem recurrendum eſſet, damnum interim timeretur. Tunc enim licitum eſt ſubdito contra verba legis agere. Illa quippe neceſſitas eſt, quæ legem non habet. Atqui in Tertia concluſio.
concluſione prima nihil dubitationis latet, in ſecunda verò nonnihil. Videtur. n. ſanctus Thomas nimium illam ſtringere, dum ait, illo præciſo caſu, qua legis obſeruatio in exitium vergeret communis ſalutis non eſſe ſeruandam, cum tamen neque in priuatam internitiem ſit ſeruanda. Dubitatio circa ſecundã cõcluſionem.
Et enim ille cui palam eſſet, obſeruationem legis eſſe ſibi letalem, conſtaretque ex natura legis non eſſe eius mentem in tantum periculum adigere ſubditos, neutiquam tenetur legem cuſtodire. Vt ſi mihi conſtaret, hoſtes mihi in uia inſidias parasse, non teneor die feſto ire ad ſacrum. Ratio haſitandi explicatur.
Reſpondetur neque hoc negare Sanctum Thomas, ſed loqui in reipublicæ periculo. Obſeſſa enim ciuitas non tenetur vnicuilibet ciui fugienti portas pandere cum ſuo periculo: & ideo neque ianitori aperire fas eſt. Imo licet eſſent perſonæ quam plurimum tuendæ vrbi vtiles, ſi certum eſſet, quòd hoſtium turam ſimul cum illis intrò irrueret, quæ ciuitatem caperet, non tenentur. Secus vbi non eſſe tantum periculum: nam tunc imminent periculo clauiger ipſe poſſet aperire. Tertia ve- Solutio.
rò concluſio non eſt vſque adeo clara. Dum enim aſſerit ſubito imminente periculo licere ſubdito agere contra legem inconſulto magiſtratu, alioqui verò ad ipſum recurrendum: aut intelligit quando ſubditus de legis mente ambiguus eſt: aut quando proculdubio certiſſimus eſt: non quando hæret indubio, nam tunc (vt ait Obiectio in tertiã cõcluſiõe.

in

in ſolutione ſecundi) debet abſque ulla in-

Solutio.

terpretatione verba legis ſeruare. Quando vero omnino eſt certus. etiam ſi nullū eſt in mora periculum, non tenetur Prælatum conſulere. Cui.n.in die ieiunij nullus alius ſuppetit cibus, quam carnium, abſq; vlla ſuperioris conſulatione poteſt, ne fame pereat, illas comedere, etiam ſi citra periculum poſſet ipſum adire ad rei huius in

Caieta.

tellectum, etſi Caietanus quatuor hic mem

Partitio trimembris.

bra dignoſcat, perſpicacior tamen hęc fuerit trimembris diuiſio. Aut.n. ſubdito (de hoc.n.loquimur) palam liquet occurrenti

Primū mēbrū.

caſu non eſſe legis mentem vt ſeruetur, & tunc nulla opus eſt ſubdiuiſione, ſed ſiue

Secūdū.

ſubitum ſit periculum, ſiue tempus ſupperat adeundi prefecti abſque illius prorſus conſilio, licet facere contra legem, vt caſibus proximis a nobis explicitis patet. Aut per aliud extremum eiuſmodi ſubditus in dubio hęret vtrinque æquali. Itaque neutrius partis aſſenſum habet, lice ante facere contra legem necne. Ex tunc ſi uacat ad ſuperiorem recurrere, recurrendum eſt, ſi

Tertium mēbrū.

vero repentinum periculum id non permittit, ad literam ſeruanda eſt lex. Atque hic eſt caſus S. Thomę in ſolutione ſecundi, quoniam ſubdito in tali caſu legem interpretari non licet. Si vero medio modo ſe habeat, ita ut neque certus omnino ſit, neque prorſus ambiguus, ſed in illa partem propendeat, quod poſt facere contra legem, itaque illius partis opinionem habet cum formidine alterius, tunc ſi mora datur qua poſſit magiſtratum conſulere, id facere tenetur, ſin vero per ſubitaneum periculum id non licet, tuto facere poteſt cō-

Qō incidens.

tra legem. Atque hic eſt caſus tertiæ concluſionis. Quod ſi ſciſciteris vtrum illa ſit ſufficiēs ratio ἐπιεικείας vt ſubditus faciat contra legem, quod ratio legis in particula

Rñſio.

ri perſona & caſu deficiat? Reſpondetur quod ſi tantum deficit in particulari, non ſufficit, ſi autem in toto genere cauſſa ceſſauerit tum & lex quoque ceſſare debet. Veruntamen antequam princeps vel conſuetudo illam abroget, uim ſuam non amittit Lege (vt exemplum proferamus) cautum eſt ne quis arma noctu deſerat, quantum uis ergo pacificus ſis neque ullum a te timeatur digladiationis periculū, non potes contra legem facere. Attamen quoniā de ἐπιεικεία alibi Doctor ſanctus diſputat, nempe 2.2.q.102. extra chorum hic ſaltaremus, ſi longior nos diſputatio remoraretur. Hæc autem ſunt hic adnotatu pro-

S. Tho. Primū aduertēdum.

pria. Primum, etſi liceat nonnūquam propter ἐπιείκειαν contra uerba legis ſecundum eius mentem agere, tamen uice uerſa extra tales caſus ſeruare in cortice uerba corrupta legis mente, preuaricatio legis eſt. Sic.n. habet lex contra. ff. de legibus. In fraudem legis facit, qui ſaluis uerbis legis ſententiam eius circunuenit. Et l ſequenti,

Exēplū.

Fraus lege fit, vbi fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Prohibet lex, ne adulter filium ſpurium heredem inſtituat, concedere ergo altert hęreditatem qui det filio, eſt verba legis, non autem mentem ſeruare. Prohibet & altera lex, ne ſacerdos ſacerdotium in fauorem filij renuntiet, alter autem confert alterius filio, vt ille ſuo vices rependat, iniquitas eſt ἐπιεικεία e regione aduerſa.

Ad primū arg.

Et per hęc argumentorum patent ſolutiones. Ad primum.n. reſponpetur, quod qui in illo poſtremo neceſſitatis caſu agit contra uerba legis, non iudicat de lege ipſa, ſed ſingulari caſu, in quo cernit non eſſe ſeruandam. Et pari modo reſpondetur ad

Ad ſecūdū arg.

ſecundum Hic.n. idem ſubditus non interpretatur legem ſimpliciter, ſed in caſu quo manifeſtum eſt legislatorem aliud intendiſſe, ſecus ſi anceps hęſitet, vt dictum eſt in

Ad tertiū arg.

ſecundo caſu. Ad tertium autem reſpondetur quod quantacunque legislatores ſapiētia uigeant, nulla tamen ſufficit, vt caſus omnes occurrentes proſpiciant.

## QVÆSTIO VII.

### DE MVTATIONE ET VArieta legis humanę.

### S.Tho.1.2.quæſt.97.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum lex humana debeat quoquo pacto mutari.*

Prima ratio ad partem negatiuam.

POſtrema demum queſtione legis humanę eſt vt explicetur quam debeat eſſe firma, & fixa Et iō primo queritur, an debeat aliquo pacto mutari. Apparet.n. id minime licet, lex.n. humana (ut ſ̄ diximus) a

naturali deriuatur, hæc autẽ immutabilis eſt, ergo & illa Id etiam ſecundo colligitur

Secũda ratio.
Ariſtot.

ex natura regulæ qualis eſt lex quæ ẽm Ari. 5. Ethic. ca. 5. ſolida eſſe debet & perſtans: lex autem regula eſt, ergo immobilis, Item

Tertia ratio.

tertio, Lex iuſta & recta eſſe debet, quod autem iuſtum ſemel eſt, ſemper tale exiſtit:

Confirmatio.
Nicolaꝰ Papa.

Accedit & teſtimonium Nicolai Papæ, diſtinctio 12. Ridiculũ eſt & ſatis abominabile dedecus, ut tradiones quas antiquitus a patribus ſuſcepimus infringi patiamur. In

Primũ argu. negatiuũ.

contrarium uero ſunt argumenta nihilo pauciora. Ratio enim expoſcere uidetur, vt quoties melius quidpiam occurrit, toties lex humana mutetur. Leges quippe humanæ, veluti & cæteræ artes humana ratione excogitatæ ſunt & inuentę, reliquę vero artes occurrente eo, quod melius eſt, ſubmutantur, ergo idem eſt in legibus obſeruandum.

Arg. 2.

Secundo, de preteritis ſumenda eſt ratio & cautio futurorum: contingit autem leges antiquas rudiores eſſe minuſque politas, quam ſuccedentibus moribus conueniant, ergo niſi quotieſcunque meliores inuentiones occurrerent, legibus priſtinis antiquatis aliæ innouarentur, incommodum eſſet.

Arg. 3.

Tertio, leges humanę, quia circa lubricum ſingulariũ fluxum uerſantur nequeunt niſi temporis experientia exacte inſtitui. Experientia. n. (vt 2. Eth. auctor eſt Ariſt.) tempore indiget, ergo quoties temporis curriculum melius quid attulerit, expediens eſt leges ſubmutari. Accedit demum & Auguſt. 1. de libero arbit. ubi ait,

Auguſt.

Lex temporalis quamuis iuſta ſit, commutari tamen per tempora iuſte poteſt.

Poſtremũ arg.

Argumenta preſentis queſtionis rem in duo diuerſa extrema diſtrahunt. Nam illa prioris ordinis contendunt humanam legem prorſus eſſe immutabilem. Reliqua uero per alterum extremum, quod ubiuis melius aliud occurrerit, ſint mutandę, & ideo duobus concluſionibus reſpondendum eſt, quibus ambo extrema moderemur.

Prima conclu

Prior eſt, Licitum quandoque eſt, decens & ſanctum legem humanam mutari.

Suadetẽ cõcluſio duplici uia.

Veritas concluſionis huius ex duabus naſcitur radicibus, videlicet, tam ex natura rationis humane, qua leges conduntur, quam ex natura noſtrarum actionum de quibus ſtatuũtur. Et enim cum natura noſtra rationalis ſit, hoc eſt diſcurſiua & ſucceſſu quodam ueritatis indagatrix, non poteſt, ceu intellectualis angelus, qui naturalia omnia ſimul nouit, ſubito intima ueritatis penetrare.

Prima ratio.

Vnde quemadmodum in ſcientiarum ſpeculatione defluxu quodam temporis Philoſophi ex imperfecto ad perfectum ſcientias promouerunt, vt 1. Phyſic. Primoque de Anima, alijſque libri

Ariſto.

Ariſto. teſtimonium extat, ſic in morum compoſitione ratio practica negotiatur. Quapropter ſicut Thales ille Mileſius alijque illius ætatis ſex ſapientes ſcientias illucuſque rudes & incomptas contemplatione polire cœperunt, quas poſt Plato & Ariſt. expoliuere, ſic & Lycurgus, & Solõ, & apud Romanos Numa Pompil ſuas reſpublicas antea barbaras & agreſtas politioribus legibus inſtituerunt, quæ deinceps temporum incrementis exactius ſunt accuratiuſque & emunctius cultæ.

Secũda ratio.

Accedit ratio ſecunda ex noſtrarum actionum cõditione, quæ & regionum diuerſitati & tẽporum ſic ſubiecta eſt, vt nunquam in eodem ſtatu permaneat.

Auguſt.

Exemplum eſt Auguſt. lib. 1. de libero arbit. vbi ait quod ſi populus bene ſit moderatus & grauis cõmuniſque utilitatis diligentiſſimus cuſtos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare ſibi magiſtratus, qui quos reſpublica adminiſtretur, porro ſi paulatim ille populus deprauatus habeat vænale ſuffragium, & regimen flagitioſis ſceleratiſque committã t recte adimitur populo talis poteſtas dandi honores, & ad paucorum bonorum redi arbitrium.

Secũda concln. D. Tho.

Secunda concluſio quam D. Th. ſanctiſſime conſtituit, quæq. legiſlatorib. perſpectiſſima eſſe debet, eſt: Non ob quemcunque cauſſam melius quidpiam afferentem mutanda eſt lex ſed tunc penitus quando vſque adeo excedit, vt damna detrimentaq; compenſet, quæ legis mutatio ſuapte natura affert.

Ratio concluſionis.

Ratio concluſionis ſic habet, Cum leges humanæ propter communi vtilitate & ſalute (vt dictum eſt) ſint inſtitutæ eadem prorſus ratione mutãdę ſunt, nempe quando mutatio in augmẽtum eſt communis boni. Mutatio autem ſuapte ingenio per ſeipſam detrimentum affert, quia cum conſuetudo ſeruandę legis fuerit quodam pacto in naturam verſa (nam conſuetudo, altera natura eſt) mutatio ipſa legis quædam eſt mutatio naturę. ¶Quo fit vt quæ contra conſuetudinem fiunt etiam dum leuia ſunt grauia exiſtimentur. Atque eandem ob cauſſam veneranda legis canicies amore retinet humanos

manos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

manos animos,quia ideo extincta nouitas alterius neſcio quid inuidiæ ſecum trahit. Dum igitur de legis mutatione agitur,hęc debent in ſtatera pendi.ne.ſ.mutetur niſi tanta ab ea parte propendeat cauſſa, quæ hæc valeat mala compenſare. Quod quidem tunc prorſus continget, quãdo vel maxima euidẽtiſſimaque vtilitas ex noua lege prouenerit, aut ingens neceſſitas con ſuetam legem ob manifeſtam eius iniquitatem antiquate compulerit.vt. ff.de conſtitut.princ.l.2.ait Vlpianus. In rebus nobis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet, vt accedatur ab eo iure quod diu æquum viſum eſt. Hæc ergo regula tum in ſeculari republica, tum maxime in eccleſiaſtica, ac potiſſimum in his quæ ad ſacra pertinent obſeruantiſſima eſſe debet, ne ſcilicet ratio perſoluendi officium, qua clerus aſſuetus eſt, pro quacunque ratione demutetur, etiam ſi egregia videatur. Et multo minus ſacrórum ratio quæ ad cultum diuinum attinent, quibus videlicet populus oculos habet immerſos & affectos animos. Haud enim id abſque detrimento & ſcandalo fieri poſſet. Nihil aduerſus nouitatem Breuiarii obmurmurandum eſt, poſtquam ſanctiſſimus Papa id permittit, tamen finis ille ob quem mutatio facta eſt, videlicet vt ſtatas ſoluentes horas memoriter. Pſalterium diſcant, non eſt ille quem ſancti patres horis dicendis canonicis præfixere. Cantus enim Eccleſiaſtici non ſtudii gratia, ſed tantum diuinæ laudis inſtituti ſunt, vt melodia militantis Eccleſiæ inſtar triumphantis inſtitueretur. Vbi non ceſſatur clamari quotidie Sanctus, Sanctus, &c. Atque huic ſcopo admittebantur patres antiphonas, reſponſoriaque & pſalmodiam. Imo (vt eſt in priſcorum hiſtoriis) angelos eas etiam de cœlo adtuliſſe fertur. Præter-quam quod ſacerdotibus permittere, vt aliter officium domi pendant, quam in eccleſia, eſt illis manifeſtam porrigere occaſionem, ne in Eccleſia cum aliis concinant,ſed velut muti ſtipendia ſua faciant. Adde quod periculum inde imminet, vt eandem horarum ratio in Eccleſiam publicitus inducatur, quod grauiter populi aures offenderet]. Hæc mihi impræſentiarum in mentem venere, quia pro mei captu ingenioli ardenter deſidero, vt vnica eſſet ratio Breuiarii in toto Chriſtianiſmo. Nam varietas Eccleſiæ,qua tanquã regina circunamicta a dextris ſponſi ſedet, in varietate religionum aliarumque cęremoniarum Chriſtianæ familiæ ſatis ſplendet. Quod autem ad horas canonicas in Lingua latina tanta diuerſitas obtinuerit, nullam forſan,ſi fas eſt dicere,decus eſt.

Regula ꝓximatũ in ſecularitũ in Eccleſiaſtica repu. obſeruãda eſt.

Cantus Eccleſiaſtici nõ ſtadij grã, ſed tantũ diuinę laudis inſtituti sũt.

Auctoris cẽſura d' Breuiarij pluralitatę.

Cæterum non abre huc dubitatio occurrit, vtrum legislator pro ſuo libito abſque vlla intercedente cauſſa, leges valeat commutare? Et apparet a parte negatiua argumentum,quod non aliter licet leges mutare,quam condere, ſi autem non pro communi vtilitate conderentur, non eſſent leges,ergo neque ſi alia ratione mutentur, valida erit mutatio. In reſponſione autem multa ſunt membra. Primum,ſi legislator, penes quem ſumma eſt poteſtas, legem ſine cauſſa tolleret factum teneret, hoc eſt nullam haberet deinde vim legis niſi quatenus vim retineret iuris,ſeu naturalis, ſeu diuini, tametſi dum lex reipublicæ conduceret, graue crimen committeret, videlicet, ſi Papa tolliter annuam confeſſionem maneret ius tantum diuinum cõfeſſionis, & ſi Cæſar abrogaret legem ſuſpendendi, fures, maneret duntaxat naturale ius, vt punirentur ſaltem. Res eſt clara, quia lex niſi vim habeat coercium,non eſt lex,hanc aut vim habet a Principe vel a republica. Quapropter ſicuti etiam dum reſpublica legibus indigeret, tamen niſi eas poneret, nulla eſſet,ita ſi qua tolleret, non eſſet amplius lex. Secundum membrum eſt, Lex quam nouam conderet, vel in quam alteram mutaret,ſi non eſſet pro communi bono,vel eſſet intolerabilis, nõ haberet vim legis. Enimuero licet quam ipſe abrogaret re vera eſſet abrogata, non tamen tantum poteſt in legumlatione, vt quam ipſe tulerit,ſtatim ſit firma & valida,niſi(vt dictum eſt) iuſta fuerit. Hæc autem de omni poteſtate tam ſeculari quam eccleſiaſtica dicta ſunt, quibus tamen de eccleſiaſtica tertium peculiare adhibemus membrum, Nempe quod neque Papa neque Concilium in his legum poſitione & mutatione, quæ familiæ Chriſtianæ neceſſariæ ſunt, vt pote quod Spiritus Sancto reguntur, errare non poterunt, nunquam ſcilicet permittetur diuinitus. Papa aut cunctas leges ieiuniorum tollere aut legem confeſſionis in decennium prolatare, quia impendio quam maxime huiuſmodi leges reipubli-

Dubõ.

arg partis neg.

Prima aſſertio, qua partim ſatiſfit dubitationi.

Appoſitę

Probõ p̃ſatæ aſſertiõis.

Secũda aſſertio.

Ratio.

Tertia aſſertio de p̃tãte Eccleſiaſtica.

cæ referunt. Neque rurſus præcipere permittetur, vt cum primum quiſque cõſcius ſibi fuerit mortalis culpæ, ad aures ſacerdotis confeſſurus ad volet, quia lex eſſet intolerabilis.

Ad primũ arg, eorumq̃ priori ordine iactata ſũt.

Reſpondere autem reſtat ad vtranque argumentorum ſeriem. Ad primum ergo prioris ordinis reſpondetur quod lex naturalis, quæ participium quoddam æternæ legis eſt, immobilis perſeuerat, quia deriuatur ab illa per diuinam rationem, illam inſtituentem quæ quidem diuina ratio etiam eſt immobilis. Leo autem humana deriuatur a naturali, per rationem humanam trahentem genus ad ſpeciem. Et quia ratio humana nam omnia futura ſatus proſpicit, ex hac parte fit lex ipſa mutabilis. Accedit præterea, quod lex naturalis

Ad 2.

continet principia vniuerſalia, quę abſtrahunt a ſingularibus, leges autem humanæ fundamentis niuntur particularibus, quæ in actionibus contingentibus & caducis ſita ſunt. Et per hoc reſpondetur ad

Ad 3.

ſecundum, quod menſura debet eſſe immutabilis quatenus fert natura materiæ, menſura autem mutabilium rerum ſolidiorem non ſuffert perpetuitatem. Ad tertium eodem fere modo reſpondetur, quod rectitudo in quantitatibus corporeis non dicitur reſpectiue in ordine ad aliam, ſed eſt in ſe abſolute recta, quia eius extrema non exeunt a medio, rectitudo autem humanæ legis non eſt abſoluta, ſed ſumitur in ordine ad commune bonum, cui non

Ad [illegible] argu.

ſemper res eandem habẽt proportionem. Quocirca illis mutatis mutatur rectitudo & iuſtitia legis. Auctoritas autem iuris 12. diſt. ſolum admonet in fauorem ſecundæ concluſionis, ridiculum eſſe citra cauſſam vrgentiſſimam patrum ſanctiones infringere, ſecus dum cauſſa adeſt legitima. Nihilominus & reliqua in contrarium argumenta temperanda ſunt & eneruanda, quatenus cum ſecunda concluſione pugnant. Ad primum ideo conſideratiſſime reſpondet S. Thom. aliud eſſe artium inge-

Ad arg. poſterioris ordinis.
S. Tho.

nium, aliud vero legum. Artes enim ex ſola ratione vigorem habent & efficaciam, & ideo quotieſque melius quidpiam intellectui occurrerit, mutari debent, nam nullum eſt periculum, quin mutentur in melius, eo quod totum negotium in intellectu contineantur. Leges autem vim maximam obtinent ex conſuetudine, vt Philoſ. 2. Pol. ait, adeo vt diuturna conſuetudo (vt ff. de legibus. Vlpianus ait) pro iure ſit habenda. Obidque non tantum perpendendum eſt in mutatione legis illud bonum, quod noua adfert, verum & detrimẽtum quod vetus conſuetudo patitur. Reliqua vero duo cum Auguſtini ſententia id tantum comprobant, quod leges mutare liceat, non id tamen quod quacunque de cauſſa, etiam ſi aliquo pacto congruentius quidpiam ſuadeat.

Ariſtot.
Facilius ſolutio cæterorũ arg.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum conſuetudo vim legis obtinere valeat.*

Arg. 1. a parte negatiua.

NON eſt impertinens ſermoni de mutatione legum articulum intexere de conſuetudine, per quã & mutari ſolent. Quæritur ergo vtrum conſuetudo vim queat obtinere legis? Exiſtunt enim a parte negatiua argumenta. Primum, Lex humana ab æterna per naturalem deriuatur, contra illas autẽ nulla præualere poteſt conſuetudo, ergo neque vlla valet humanas mutare. Secun-

Arg. 2. D. Tho.

do, egregie argui. D. Tho. Ex multiplicatis malis nullum conflari poteſt bonum, imo malum, quo multiplicatius, eo peius, qui autem primo contra legem agere incipit, malefacit, ergo ſimilibus aceruatis actibus nihil boni confici poteſt, lex autem cum regula ſit noſtrarum actionum, egregium bonum eſt, nulla ergo conſuetudo migra-

Arg. 3.

re in legis naturam poteſt. Tertio, Leges condere munus eſt ſolius publicæ poteſtatis, conſuetudo autem priuatis ciuium actibus inualeſcit, nulla ergo conſuetudo auctoritatem legis abrogare poteſt. In con-

Auguſt.

trarium autem eſt Aug. in epiſt. ad Caſulanum, vbi ait. Mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege ſunt tenẽda, & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemptores conſuetudinem eccleſiaſticarũ coercendi ſunt.

Satis fit qõnivni ca cõcluſione tri mẽbri. Probõ.

Quæſtioni præſenti vnica, ſed tñ trimẽbri concluſione fit ſatis Concluſio autem eſt. Conſuetudo trina virtute pollet, videlicet, vt & antiquam legem tum interpretetur, tum etiam immutet, ac ſubinde

vim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quid ve nam noīe cōſuetu. dinis.

vim obtineat nouæ. Probatur : Ratio voluntaſq legislatoris promulgata non ſolum interpres legis eſt , verum & veteris abrogatio, & nouæ conſtitutio , eiuſmodi aut rationis voluntatiſq. promulgatio , non ſolum verbo, verum & facto fieri conſueuit, nam quod quis opere foris præſtat, intus mente probrare cenſetur, quando autem princeps quos ſubditos cohibere poteſt, identidem longoq. temporis interuallo operari ſinit , permiſſu illo rationem ſuā & uoluntatem aperit , ergo ſicuti verbali promulgatione edictum ponit , ſic & eiuſmodi premiſſione ciuium conſuetudinem pro lege ducit, quæ ſubinde aut vetuſtæ interpres ſit, vel certe abolitio . Ad pleniorem autem rei intellectum noſſe operæ pretium erit quid nomini conſuetudinis ſupponatur.

Iſidorus

Subobſcurus. n. apparet Iſidorus lib. v Etymol. qui refertur in Decretis diſt. 1. vbi ait. Mos eſt longa conſuetudo de moribus tantum tracta.

Moris nomen trifariā vſurpat.

Videtur quippe in definitione repetitionis vitium committere, Mos de moribus . Notato ergo vocem. Mos, trifariam vſurpari .

Prima acceptio

Accipitur enim primo pro ſingulari humano actu, puta libero , actiones. n. brutorum , niſi per metaphoram, mores non dicuntur . Et ab hac acceptione dicitur philoſophia moralis, id eſt humanorum actuum.

Secūda.

Secundo accipitur pro habitu , ex frequentia ſimilium actuum genito , quemadmedum dicimus hominem bene aut male, morigeratum . Et iſtæ acceptiones ad rem non faciunt .

Tertia.

Tertio ergo accipitur , vt idem ſit quod conſuetudo , & hoc modo nihil aliud eſt quam frequentia longi temporis ſimilium actuum in aliqua republica puta vel in regno, vel in vrbe aut in collegio .

Iſidorus

Nihil ergo inepte dixit Iſidorus . Dicens.n. morem eſſe conſuetudinem de moribus tractam , priori loco accepit tertio modo poſteriori uero primo .

Quid inter ſit morem & cōſuetudinē.

Conſuetudo ergo, rationi , conſona atque a principe conceſſa, uim habet legis. Quin vero eatantum a lege differt, quod lex ſcripto traditur, conſuetudo vero vſu . Sic. n. ait Iſidorus. Lex eſt conſtitutio ſcripta, mos autem longa cōſuetudo. Et ſubdit. Cōſuetudo aūt eſt ius quoddam moribus inſtitutū, quod pro lege accipitur , vbi deficit lex Et l. diuturna. ff. de legi. conſuetudo pro iure & lege, in his quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet. Atq. inferius Paulus Iuriconſul. Imo magnæ auctoritatis inquit, hoc ius habetur , quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit opus ſcripto comprehendere .

Doctrina memoriæ commēdanda.

Hoc ergo memoriæ commedandum eſt quod conſuetudo de ſeipſa vim legis nō habet ſed quatenus a principis conſenſu dimanat. Itaq. vt Ariſt. Platonis ve aut alius Philoſophi , quin vero omnium Iuriſconſultorum ſaluberrimæ etiam ſententiæ , nunquam uim legis haberent niſi conſenſu principis ſtabilirentur, ſic neq. conſuetudo eandem aliter obtineret virtutem . Exempli gratia . Nunquā Baldi opinioni quod pro triplici furto ſuſpenderetur fur , obtinere potuit uim legis , niſi princeps illam ſcripto ſanciret, vel per conſuetudinem approbaret. Quapp vbi lex exprimeret, nullam conſuetudinem contra legem valituram , decretum hoc conſuetudinem irritat , vt per illam lex nunquam abrogetur , quia tunc conſuetudo nihil operatur , eo quod nunquam iudicium eſt talis voluntatis principis . Tametſi tam longa potes eſſe in contrarium, maxime in ſeculo aliorum principium , ut decretum etiam illud irritans euincat . Sed eſt præterea animaduertendum, quod conſuetudo non ſolum obligat tanquam ſignum promulgationis legis nouæ, verum aliquando eſt ſignum ac teſtimonium quod olim talis extiterit lex, licet non reperiatur ſcripta . Quam vero longum tempus in conſuetudine ſpectandum ſit antequam vim obtineat legis, non eſt iure certum. In aliquibus. (vt aiunt) duo actus ſufficiunt , in aliquib. tres , in aliquibus decem. Sed re vera nulla eſſe poteſt cordatior regula quam quæ c. cum tanto . de conſue. ſtatuta eſt, vbi habetur ꝙ nunquā conſuetudo poſitiuo iuri præiudicium generare debet , niſi fuerit rationabilis & legitime præſcripta.

Regula.

Vbi in verbo, rationabilis animaduertēdum eſt, ꝙ ad hoc vt robur nanciſcatur legis , habere debet conditiones bonę legis, ſupra conſtitutas . Et ſecundo, in verbo, præſcripta, conſiderandum ꝙ tunc conſuetudo vim adipiſcitur legis, quando cōi hominum iudicio & arbitratu peccatum eſſet facere contra illam .

Sana admōitio.

Quapropter admonere hic non prætereibo quātum creetur periculi dum in aliqua republica ſemel , aut bis quidpiam permittitur Enimuero ad id perſuadēdum , quod nouū petitui, in cauſſam adducitur , quod

vnus

vnus actus nihil nocere poteſt, poſtea vero ſimilitudine illius alter perſuadetur, ac ſub inde conſuetudo vires nanciſcitur. Idem exiſtit periculum inter viros potentes. Vt ſi ſemel vaſalli vrbanitatis ac beneuolentię gratia domino ac patrono ſuo munuſcula obtulerint, ſtatim vrbanitas in conſuetudinem rapitur, & gratia in ius debitum.

*Quæſt.* Sed nunquid quæcunque inueterata conſuetudo legem abrogat.

*Ratio.* Ratio enim id videtur perſuadere. Nam dum princeps diſſimulat, ſuam exiſtimatur interpretari voluntatem.

*Solutio.* Reſpondetur nihilominus minime ſic eſſe. Imo quandiu vſus contra legem, non aliunde quam ex negligentia principis oritur, aut ex eo quod potẽs non eſt adſumendam de malefactoribus vindictam, nunquam contra legem præſcribit, ſed tunc penitus quando & potens eſt abuſum cohibere, & non ex vecordia, ſed oculata diſſimulatione illum permittit. Neque vero antequam longęuus mos auctoritatem nanciſcatur, nam cum lex prudentia & iudicio, condi debeat, iudicium autem tempus requirat, fit vt conſuetudo breui tẽpore non vſque ad vigorem les irroboreſcat. Hac.n. fortaſſe ratione inoleuit mos in Gallis veſcendi carnibus in Sabbatis inter natale Domini & purificationem Virginis, & in Hiſpaniis animaliũ inteſtinis.

*Gallorũ mos.*

Quando autem dicimus diſſimulationem Prælati in cauſſa eſſe vt conſuetudo lex fiat, intelligitur de illo Prælato, qui eſt legislator, nam etſi Prætor in vrbe, vel Prælatus conuentus, aut prouinciæ diſſimulẽt legum tranſgreſſiones, eiuſmodi conſuetudo nunquam vires legis conſequitur, quia non eſt ſignum voluntatis ſupremi Prælati, qui eſt legislator. Vtrum autem quicunque vſus in conſuetudinem verſus, obligatoriam legem conſtituat, ambigere quiſq. poſſet. Solet enim vſu venire, vt homines pietatis gratia incipiant, vel diem feſtum colere, vel ieiunium ſeruare, non quidem tanquam de præcepto, ſed ex animi pietate, & (vt aiunt) ex deuotione, vt ſi modo in aliqua prouincia inciperent feria quarta a carnibus abſtinere, vtrum præterea poſtea præceptum eſſet?

*Alia qõ.*

Reſpondetur, perpendendum eſſe quomodo talis religio fuerit ſeruata. Si enim tantum ex deuotione libera, nunquam illud vertitur in præceptum, niſi poſtea religio crebreſcere incipiat tanquam præceptum. Suſpicio enim me ſemper tenuit, morem ſoluẽdi ſtatis horis officium Dominicę noſtræ, in initio non habuiſſe vim præcepti, neque illam vim obtinuiſſe ante quadringentos hic annos.

*Solutio.*

Alioqui in ordine noſtro non eſſet, nobis iuſſum ſurgentes in dormitorio illud ſoluere. Veruntamen poſtea adeo religio in valuit, vt vix iam ſit qui audeat negare præceptum.

*Ad primũ arg.*

Ad primum igitur argumentorum frõtis quæſtionis reſpondetur, longe eſſe aliã rationem legum naturalium ac diuinarũ, quam ſit humanarum. Illæ enim a voluntate diuina ſtatutæ, ſunt cui nulla humana voluntas neq. conſuetudo obſiſtere valet. Imo vero quanto conſuetudo contra diuinam legem & naturalem fuerit inueteratior, tanto grauioris eſt cauſſa peccati, tantum abeſt, vt conſuetudo quippiam vigoris detrahat illis legibus.

*Ad ſecũdũ arg.*

Ad ſecundum autem reſpondetur, quod cum (vt ſæpe dictum eſt) leges humanæ in aliquibus caſibus deficiant, poteſt conſuetudo contra legem per actus licitos iuchoari, qui quidẽ frequentati actus vim obtinebunt legis, eo quod per illos oſtenditur legem antiquam fuiſſe inutilem. Quandiu vero ratio legis durauerit, nequibit eam vlla conſuetudo ſuperare, quia conſuetudo tunc non erit rationabilis, ſed lex potius erit ſemper victrix, niſi forſan conſuetudo oſtenderit legem, licet non inutilem, tamen non conformem naturæ patriæ, hoc enim etiam ſufficiet ad ipſam obolendam.

*D. Tho.*

At vero S. Thom. videtur curte reſpondiſſe. Docuit enim quemadmodum conſuetudo poſſit per actus licitos inhoari, non tamen reſpõdit, quid ſi inchoetur per illicitos.

*Caieta.*

Caietanus reſpondet quod etiam dum per illicitos incipit, poteſt temporis lapſu auctoritatem obtinere.

*Cẽſura auctoris*

Arbitror autem operæpretium diſtinguere. Nam quantum ad hunc effectum, vt lex priſtina antiquetur, conſuetudo etiam illa quæ illicitum habuit ortum, poteſt, licet non apud eoſdem homines, tamen apud poſteros vim obtinere. Cæperunt inquam (vt exempli gratia dixerim) anteceſſores noſtri praue agere cõtra aliquam legem, nos autem in noſtro ſeculo inuenimus conſuetudine abrogatam, non tenemur ſcrutari de conſuetudine illa, qualia habuerit initia, ſed liberi ſumus ab eadem lege. At vero quan-

tum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tum ad alterum effectum, qui eſt obli gare, *Diſtinctio* conſuetudo non ſortietur uim legis quandiu per actus illicitos increbuerit, ob rationem iam ſupra dictam, quia lex debet eſſe æqua & iuſta. *Ad tertium.* Ad tertium reſpondetur, quod multitudo priuatorum hominum introducentium conſuetudinem, duplici conditionis eſſe poteſt. Aut. n. liberam conſtituunt rempublicam, quæ ſeipſam ſine Principe gubernat, & tunc mos populi erit conſtitutio legis. Si tamen ſub Rege aut alio Principe degat. tunc (vt diſtum eſt) conſuetudo non per ſe eſt lex, ſed quatenus interpretatio eſt volutatis Principis.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum rectores multitudinis in legibus diſpenſare poſſint.*

POſtquã in calce ſuperioris quæſt. diffinitum eſt, nõ licere ſubditis niſi in repentino periculo ἐπιείκεια uti, uidere nunc reſtat utrum ſaltem gubernatores multitudinis diſpenſare poſſint in lege, illis caſibus, quibus iudicauerint expedire? *Primũ arg. partis negatiue.* Et arguitur a parte negatiua, Lex (ut ſupra ex Iſidoro mõſtratum eſt) fertur pro bono communi, bonum aũt commune nõ eſt pro priuato intermittendũ, ſiquidẽ (ut *Ariſtot.* Philoſophus 1. Ethic. auctor eſt) bonum gentis diuinius eſt quam bonũ vnius hominis ergo non licet cum aliquo diſpenſare vt contra legem faciat. Secundo, Deut. *Arg. 2.* 1 præfectis hoc ponitur documentum: Ita paruum audietis vt magnum, neque accipiatis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Alicui autem id indulgere quod toti reipublicæ denegatur acceptio eſt perſonarum: ergo id minime licet. Tertio, in *Arg. 3.* legem diuinam & naturalem nulla cadit diſpenſatio lex autem humana debet illis eſſe conformis, utpote quæ ab illis deriuatur, ergo ueque in ipſa cadit. In contrarium ait Apoſt. 2. ad Corinth. 9. *Paulus.* Diſpen ſat io mi hi credita eſt.

Ad quęſt. intelligentiam notandum *S. Tho.* cum S. Thoma quod diſpenſatio proprie importat cõmenſurationem alicuius cõis ad ſingula, hac. n. ratione paterfamilias diſpenſator dicitur, quod unicuique pondere quodam & mẽſuratum oper. s imperat, tũ & neceſſaria ex communi pena diſtribuit. Pari ergo modo ille in republica dicitur diſpenſator, cui incumbit ordine & ratione diſponere qualiter cõis lex ſit a ſingulis obſeruando, Duabus ergo concluſionibus ad quæſtionẽ reſpondetur. *Prima conclu.* Prior eſt, Illis, cui regimen incumbit multitudinis, poteſtatem habet diſpenſandi ſuper lege humana in caſibus certis & cum certis perſonis. Concluſio ex illo principio ſæpe antea reſumpto colligitur. lex. n humana quia in communi poſita eſt, comprehẽ*Suadet conclu.*dere non poteſt cauſas omnes ſingulares, ob idq. vſu venire poteſt, vt quæ in communi ac plurimum congruens eſt, in perſona certa & cauſa deficiat quippe quod eius obſeruantia vel obſtaculum ſit meliori bono vel alicuius mali occaſio. *Secũda conclu.* Quamobrem cum ille qui curam reipublicæ gerit, vniuſcuiuſque ſaluti debeat conſulere, efficax ratio præcipit, vt facultatem tunc faciat tali perſonæ faciendi contra legem, Secunda concluſio, Quando cauſſa non occurrerit rationi conſentanea atq. in bonum commune relata, tunc Prælatum pro ſuo libito diſpenſare, peccatum eſt, aut infidelitatis aut imprudentiæ. Infidelitatis inquam, dum bono communi non proſpicit, ſed ſuo aut alterius priuatæ perſonę. imprudentiæ autem, ſi zelum quo affectus eſt boni ſpublici prudentia non exornat, ne quam exploratam habeat perſpectamq. cauſſam contra legem diſpenſet. Quamobrem Chri*Quorũdã fallacia confundentiũ ἐπιείκειαν cũ diſpẽſatione.*ſtus redemptor noſter, Lucæ 12 ſcriptum eſt, difficile arbitrabatur, ut ambæ uirtutes in diſpenſatore coniungerẽtur. Aiebat. n. Qui putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Quo hæc autem lucidiora fiant nounulla hic ſunt conſideranda. Inſinuat ſe enim hic primum omnium fallacia, quæ nonnullos deuincit nempe idem eſſe diſputationem quod eſt ἐπιείκεια eo quod diſpenſator nihil eis aliud videtur efficere, quam legem in tali caſu ex æquo & bono interpretari. At uero ſecus res habet. Differunt. n. ſignificato quatuor hæc reſpectu legis, Irritare, *Quid irritatio.* abrogare, ἐπιείκεια interpretari, & diſpenſare, Irritare. n. eſt legem & uotũ impedire aut caſſare, ne robur obtineat obligandi. *Quid abrogatio* Vt ſi legem a ciuibus conſtitutam. Rex nõ probaret, neq. cõfirmaret, ſed caſſaret. Quemadmodum & pater poſt uotum

tum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum filij irritare ſupra quo ſi ſolium eſſet diſpenſare non poſſet. Legem uero abrogare, eſt poſt quam uim habet in totum tollere, quam vis ſi uſq. ad præfinitum duntaxat tempus poſitá erat, tunc non tam proprie dicitur tolli quam impleri, Quo utiq. inter alios ſenſu ait Chriſtus, Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Interpretari autẽ per ἐπιείκειαν eſt ipſam declarare in tali caſu locum non habere. At uero diſpenſare eſt quempiam ſubditorum a lege excipere, conceſſa illi licentia & facultate ſine qua legi eſſet obnoxius. Patet ergo diſcrimen quod ἐπιείκεια non eſt ſubditum per licentiam eximere caſu quo teneretur ſed explicare quod in illo caſu non tenebatur, diſpenſatio autem eſt licentiam concedere. Quare ἐπιείκεια non ſolum Prælatis, uerum ſubditis (vt dictum eſt) competit, diſpenſatio uero tantum Prælatis. Sed arguis contra, ſi Prælatus non poteſt ſine cauſſa diſpenſare, fit, vt diſpenſatio nihil aliud ſit quam declaratio cauſſę ob quam ratio legis in tali caſu deficit, Negatur conſequentia. Nam etſi ratio legis in hac perſona deficiat, non ideo protinus a vinculo legis enodatur. Aliud.n.eſt quod obſeruatio humanæ legis rationi ſit contraria, ubi ἐπιείκεια locum habet, aliud vero quod ratio legis in hac perſona deficiat, vbi nihilominus neceſſaria eſt diſpenſatio. Exempla ſunt, Sic carnes die uetita non comedere cauſſa mihi eſſe vt fame perirem, poſſem ἐπιείκεια uſus comedere, tamen licet ego caſtigatione carnis non indigerem, ob quam ieiunium indictum eſt, immo abſtinentia & inedia aliquo mihi eſſet impedimentum ſtudij, non ideo liber a lege fio, ſed eſt cauſſa vt mecum Prælatus diſpenſet non quidem interpretando, quod tunc me lex non comprehendit, ſed etiam ſi me comprehendat præbendo mihi gratia maioris commodi licentiam, vt non ſit mihi culpa non ieiunare. Item dum vetaret lex ignobiles homines & infames equos aſcendere ſi occurreret eorum cuipiam caſus, vt niſi ſe e quo eriperet ĩ manus hoſtium incideret, tunc ἐπιείκεια eum docet lege ſe illo caſu non obligari. At uero etſi contingeret quempiam illius claſſis hominem vtilem eſſe bello, non ſubinde equo liceret vti, ſed tamen ratio diſpenſationis emergeret. Et pari mõ loquendum eſt de uoto. Ex quo fit quod diſpenſare non ſolum eſt mutare vnam obligationem in aliam, ſed poteſt etiam fieri per remiſſionem ac relaxationem ſaltem in parte. Alioqui non eſſet diſpenſatio, ſed mera commutatio. Vouiſti difficilem peregrinationem Hieroſolymitanam, occurit autem cauſſa publica Eccleſiæ, in cuius ſubſidium eleemoſynis opus eſt, poteſt illud uotum Papa in aliquam pecuniam commutare etiam minorem quã eſſent itineris expenſę. At vero ſciſcitaris forte vtrum penes ſolum Principẽ & Legislatorem ſitum ſit diſpenſandi munus? Eſt .n. hoc argumentum a parte affirmatiua, quod diſpenſatio legis eſt quædam particularis eius abrogatio, abrogare autem legem eiuſdem eſt functio cuius eſt condere. Reſpondetur nihilominus eiuſmodi poteſtatem in legis, licet plenaria ad ſolum Legiſlatorem pertineat, nihilominus, vt pręfata ratio perſuadet in caſibus nonnullis penes inferiores quoq. gubernatores ſitam eſſe. Primum, poteſtate a ſuperiore delegata, quam vel iura inferioribus concedunt, vel conſuetudo interpretatur: Vt diſpenſare in voto ſimplici, trib. exceptis. Mox facultate ordinaria, tam in ſuis proprijs legibus quam etiam in ſuperioris. Poteſt in quam, Epiſcopus in legibus Papæ diſpenſare, vel iuris conceſſione, vel conſuetudine. Præterea, in triplici rerum ordine, nempe ſi vel materia leuis eſt vel frequens caſus, vel lex proprium bonum ſuæ ciuitatis, vel diœceſis reſpicit. Sententia eſt Caietani 1.2. quæſt. 97. art. 4. quã ſuo ſale conditam credo eſſe veram. Nam hac de cauſſa Diuus Thomas, non interrogauit ſtricte, an Principes & Legiſlator, ſed latius, an rectores moltitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare? Rectores enim non ſolum Principes ſunt verum, & qui ad gubernaculum cuiuſq; multitudinis ſedent. Leuia autem cenſentur illa, quæ non præcepto proprie dicto obligante ad mortale, ſed ſtatuto poſita ſunt. Qua ratione Prælati noſtri etiam Priores conuentuales diſpenſare poſſunt in eſu carnium, in induendis lineis, & in id genus cæteris. Frequentia deinde caſuum cauſſa eſt, vt poſſit Epiſcopus diſpenſare. Vt in ieiunijs, licet ſit lex ſuperioris, quoniam grauiſſimum eſſet onus, quoties quis diſpenſatione ieiunij egeret, adire Papam Hoc autem ſic temperarem, quod

poſſit

*Quid legis interpretatio.* — *Quid diſpẽſatio* — *Obiectio.* — *Solutio.* — *Corollarium.* — *Quæſt. Argũ.* — *R̃nſio.* — *Caieta.* — *D. Tho* — *Tẽperatio ſuperioris aſſertiõis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſit epiſcopus in diem aut in breue tempus cum aſſiſtente cauſſa, ſuper eiuſmodi legibus diſpenſare: tamen in pro vita tota neſcio. Et eadem ratione, ſi alter coniugũ per inceſtum cum alterius conſanguinea perpetratum inhabilis ad exigendum cõiugale debitum fiat. Atque tunc præſertim dum vel ob perſonæ pauperiem, vel alia de cauſſa nõ pateret ad vrbem acceſſus. Secus ſi impedimentum antecederet matrimonium quod ſubinde contrahendum impediret in quo ſolus Papa diſpenſare poteſt. Præterea ſi peculiaris lex vrbis extat, ne vel vinum, vel frumentum extrinſecus aducatur, vt proprij Vrbis fructus diſpendantur, poſſet credo Prætor diſpenſare, ſecus tamen Epiſcopus in matrimonijs & ordinibus ad bonũ publicũ pertinẽtib. Cauſſas verò quibus diſpẽſator adduci ad diſpenſandum debet, explicant ſancta Decret. 1. q. 7. per totum ſcilicet tempus, vtilitas, perſona, qualitas. In ſumma quo cunctas complectaris, diſpenſatio fieri nõ debet, niſi in commune bonum cedat, pro quo lex omnis conſtituitur. Nam quantum periculi Reipublicæ inde conſletur, vnde legum diſpenſatio, alijs priuatis reſpectibus & ſilendis cauſſis fieri cæperit, locus in quo Eccleſia Dei iacet, apertiſſimo documento eſt. Nam ſi leges nihil aliud emolumenti in Rempublicam conferunt, quàm quod ſint principi fructuoſæ, pernicies ſunt potius & labefactatio boni publici. Fit enim inde, vt ſoli pauperes legibus coerceantur, ſed qui illis indigent, ſubijciantur nulli. Abſit ergo (quod antea diximus) leges in hoc condi, vt ſint legiſlatori peculium. Sed cum primum ratio ob quam latæ ſunt, ceſſauerit, abrogandæ ſunt, ne a ciuibus ſit pretio diſpenſatio redimenda.

Cauſſa diſpẽſationis legitime.

Dubitatio.

Atſi percuncteris vtrum cauſſa ſit diſpenſandi ſatis idonea, quod qui votum fecit, nequit illud ſine graui difficultate & moleſtia implere (hæc enim eſt quæ frequentius obtendi conſueuit) reſpõdetur, quòd ſi difficultas in re ipſa ſit, quia ſcilicet quis inconſulta prudentia, nec re ſatis perpenſa, longum ieiunium in pane, & aqua vouit, aut pedeſtrem peregrinationem, ſuis cruribus imparem, temeritas illa cauſſa eſt diſpenſandi.

Diſſolutio.

At vero dũ difficultas non ex rei natura, ſed ex prauo habitu vouentis proficiſcitur, cum difficultas ipſa abſtinendi ab inniqua conſuetudine cauſſa fuerit vouendi, non eſt eadem in cauſam diſpenſationis reuocanda. Si verò poſt quam votum (exempli cauſſa dicamus) vt Hieroſolymitanæ peregrinationis, aut etiam religionis, emiſiſti, perpetuò tibi accidit morbus aut debilitas quæ tibi impedimento ſit abſolutus à voto es. At vero de voti diſpenſatione, peculiaris nobis inſtitutus eſt octauus liber. Poſtremũ ergo dubium reſtat, vtrum ille cum quo ſine cauſſa diſpenſatur, tutus in conſcientia maneat? Reſpondent Iuriſconſulti, vt ex Innocentio colligitur in ca. Cum ad monaſterium, de ſtatu mona. & ex Panorm. inæ non eſt voti, de voto, quod ſi cum Pontifice ſummo inferior ſine cauſſa diſpenſat, diſpenſatio non tenet, quia ſub hoc limite illis conceſſa eſt diſpenſandi facultas. Si verò Papa diſpenſet tunc diſtinguẽdum eſt. Nam in his quæ de iure diuino pendent, quale eſt uotum, & iuramentum ſi abſque cauſſa diſpenſet, diſpenſatio non tenet. Secus in his quę ſunt meri iuris poſitiui, quia a ſuo prorſus arbitrio pendent. Et quidem prior diſtinctio forſan non tanta veritate pollet, nam in leges quæ a ſua mere pendent ordinaria poteſtate, non eſt cur Epiſcopus non fungatur facultate qua Papa in ſuas. Poſterior vero diſtinctio impẽdio quam maximè probabilis eſt. Et ideo in his quæ pendent de iure diuino, non ſolũ diſpenſans peccat, verum, & formidanda diſpẽſatio eſt, veluti caſſa, & nullius apud Deum valoris. Quapropter dum in pluralitate beneficiorum diſpenſat, & dum infans aut puer curã permittitur gerere animarum, & laicus monachis in Abbatem præficitur, & ſolenniter profeſſus, vti Panorm. infert, ad laxiorem ordinem, illum præſertim qui tm̃ habet ordinis nomen, reuocatur, verendum eſt ratum nõ eſſe & validum apud Deum. Quocirca tam qui eiuſmodi diſpenſationes alijs procurant, quã ipſi qui petunt, grauiter delinquunt. Imò etiã ſi diſpẽſatio ſine cauſſa teneret, non ſolum diſpenſare, & petere & procurare, peccatum eſt graue. In his autẽ quæ meri ſunt poſitiui iuris, diſpenſatio ſine cã a peccato nõ excuſat, verumtamẽ diſpenſatio tenet. Tametſi Caietan. loco citato & in ſua Sũma, in verbo, diſpenſatio, neque in his pacatas cenſet eorum conſcientias, cum quibus

Poſtremũ dubium.

Solutio Iuriſconſultorũ, Innoc. Panor.

Refellũtur præfati auctores.

Probatẽ poſterior diſtinctio Iuriſcon. Caiet.

bus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus ſine cauſſa diſpentur. Et ratio eius eſt, Non ſatis certa Caieta. ſententia. quòd licet tollatur ius poſitiuum, ſupereſt nihilominus legis naturalis vis, quæ eſt, ne quis abſque cauſſa Reipublicæ ſe oneribus ſubducat. Hoc autem nondum equidem mecum conſtitui, quantum valeat. Enimuerò ſi exoneratio mea, oneratio eſſet aliorum, vt cum quis priuilegium procurat quo ſe tributis ſoluendis abſque cauſſa ſubtrahat, vnde aliorum vergit aggrauatio, peccatum eſſet mortale. In ieiunijs autem non eſt tã planum: niſi vbi exemptus ſcandalum daret. Illo autem ceſſante forſan culpa nõ eſſet peior quam venialis.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumetum iam reſponſum eſt, quod nihil diſpenſatio cum priuata perſona legi obſtat, etiãſi pro bono communi ſit lata: quia talis diſpenſatio fieri non debet. vt bono communi noceat, imò vt eius augmentum cedat. Ad ſecundum arg. Ad ſecundum vero reſpondetur quod nulla eſt acceptio perſonarum, licet non ſemper æqualia perſonis inæqualibus imperentur. Imò verò nihil iniquius æqualitate, vbi perſonæ non ſunt æquales. Ad tertium iã ſupra reſponſum eſt de legum mutatione. Ad tertiũ arg. Lex enim naturalis quantum ad præcepta communia & generalia nullam poteſt habere fallentiam: & ideo indiſpenſabilia ſunt: in concluſiones autem naturales ἐπιείκεια vim habet: cuius vtique virtute qui in depoſito arma cuſtodit, furibundo domino non confert. Diſpenſare autem in eiſdem ſoli Deo competit, qui antiquitus diſpenſauit, vt plures vnus matrimonio ſibi coniungeret. In legibus autem diuinis poſitiuis quæ non ſunt de iure naturæ, ipſe quoque diſpenſare poteſt, uel cui ipſe ſpecialiter commiſerit. Specialiter inquam, quia Papa, licet ſit Chriſti vicarius, poteſtate ordinaria non poteſt ſuper iure diuino diſpenſare. Apoſtoli vero ſpeciali ipſius commiſſione diſpenſarunt forma baptiſmi, vt fieret in nomine eius. Et Act. 15. tolerarunt, vt Chriſtiani abſtinerent à ſuffocato & ſanguine: cum ritus illo iure diuino Chriſtus abrogaſſet: qui ſalus eſt & redemptio noſtra benedictus in ſæcula.

*Finis libri primi de Iuſtitia & Iure.*